Sala
Gab. R
Est.
Tab. 10
N.º 18

R
10
18

fr. Gaspar de S. Hieronym

R
12
18

Siquis in suum librum rapidus conjecerit vngues ibit in infernas praecipitatus aquas

Ut supra. fr. G. de. S. H.

# Conſolatorium theologicum.

Ex Bibliotheca
Regij Monasterij S. Crucij
Collimbriensij

BIBLIOTHECA DA UNIVERSIDADE
62246
BRA

# Annotatio notabiliũ dictoꝝ iuxta alphabeticum ordinem in opuſculuz ſequens.


Abſtinẽtia mat̃ eſt ſanitatis . mat̃ egritudinis voluptas. folio. lx
Actiue vite operibꝰ ꝯtingit magis mereri. folio. lxxxv
¶ Aduerſa fortuna plus ꝓdeſt. fol. vij
¶ Agnoſce ꝙ peccaueris et deo propitio libereris. folio. xxiij
¶ Amici mors nõ moleſtet te. folio. l
¶ Amor mundi: de quo Gregoriꝰ dicit. tãto quiſ ꝗ a ſuperno amore diſſugitur. quãto inferiꝰ delectatur. lxxxix
¶ Anime regnũ bene gubernat̃ cũ ratio recte ꝯſulit: volũtas recte imperat. xciij
¶ Arta via que ducit ad vitã. vi
¶ Auarꝰ valde eſt. cui deꝰ nõ ſufficit. xij
¶ Audacia plures cadere facit. xcviij
¶ Auditꝰ carẽtia nõ debet te turbare. lxxxvij

b BOna vita nō eſt bēne valere. xx
Bonis p̄ſentibus ⁊ futuris frui eſt
impoſſibile. ¶Folio.v.
¶Bonoꝝ coꝛpis carētiā nō ꝗrit feras. lxxxv
c CAptiuitate ſi fuerꝫ detētꝰ leterꝫ. lxxviii
Carcere ſi fuerꝫ īcluſꝰ n̄ triſterꝫ. ibidē.
¶Carnalis cognatio mīme ē curāda. xxxix
¶Cecꝰ ē q̄ ſupne ꝯtēplatōis lucē ig̃rat. lxxxvij
¶Cēſurꝫ eccleſiaſticꝫ ſi ligarꝫ nō triſterꝫ. lxxix
¶Cibꝰ modicꝰ ⁊ tpatꝰ carni ⁊ aīe vtilis eſt. lx
¶Citatꝰ hō trina citatione. p̄ma īfirmitas: ſe//
cūda defectio coꝛpis: t̄cia pēptoꝛia. xci
¶Colloquij carētia nō ꝯtriſteris. lxvi
¶Confabulatio nō eſt neceſſaria quando vicē
hoīm ſupplent libꝛi. lxvij
¶Cōfidens in dn̄o benedictus eſt. liiij
¶Cōfiteri non ſit tibi amarū. xxvij
¶Cōſcientia dicitur erronea quia nimis la//
ta vel nimis arta. xcv
¶Conſcientiā erroneā habenti ꝯpatiendum
eſt et benigne conſulendū. ⁊c̄. xcvij
¶Cōſolatio t̄rena p̄uat quē celeſti ꝯſolatiōe
nō ꝗ triſterꝫ de carētia t̄rene ꝯſolatōis. liiij
¶Cōſuetudine vitiū naſcitur. et ecōtra vitiū
diſſoluitur. xciiij
¶Cōtēplatiōis t̄batiua nō te moleſtēt. lxxx
¶Cōtēptꝰ ſi fueris nō ꝑturberis. xxvi

¶ Cōtumelie gaudēter patiantur. xxx
¶ Cor virtuoſum comparatur celo: et cor vi//
tioſum dicitur infernus. xix
¶ Corporis bona ſi nō habeas non triſteris:
paruipendēda enī ſunt. lxxxvi
¶ Corporis debilitas nō ſit tibi moleſta. xc
¶ Cupio diſſolui et eſſe cū xp̄o: quomodo ac//
cipiēdū: et quomodo ſperādū eſt ꝙ in me//
liori articulo de hoc ſeculo q̄s vocet. ix

D Eriſionē non cures. xxiij
Deſpect⁹ ſi fueris nō ꝯturberis. xxvi
¶ Detractōis tribulatio coronā fabricat. xiij
¶ Detractiōi b⁹ nō turberis. xxix
¶ De⁹ multipliciť eſt p̄ſidio homini. liiij
¶ Deū timere: amare et in eo ſperare xcix
¶ Diabol⁹ plerūqꝫ vult nocere: ſꝫ nō pōt. c
¶ Diaboli ē ſuggerere: nr̄m ē nō ꝯſentire. q̄//
ciēs reſiſtim⁹. totiēs ſuperam⁹. ibidem.
¶ Diſciplina dei eſt arra data filijs: et ꝙ ſint
heredes. xxij
¶ Diuitiaꝝ turbatiua remediant̃. xlij
¶ Diuitiaꝝ carētia nō debet te ꝯtriſtari. ibidē
¶ Diuitias q̄modo chriſtian⁹ q̄ret poſtq̄ꝫ xp̄s
beatos pauperes p̄dicauit. xliij
¶ Diuitijs cor apponere mortiferꝝ eſt. xlij
¶ Dolor ſi habeatur non eſt dolendū. lxx

e E Piſcopus non excuſatur a correcti-
one populi. xxxvi
Euchariſtie ſac̄mēto tibi intdicto ꝯſoleris
q̄d nō p̄uaris neceſſario re ipſa. fol. lxxxi
Excōmunicat⁹ ſi fueris nō triſteris. lxxix
Excōmunicationis ſentētia maior eſt oīb⁹
penis eccleſiaſticis. lxxix
Exilium ſuſtinens: totum mundum exilium
Exoſus ſi fueris aliis: (reputet. xv
non turberis ſed gaude: lvi
f F Elicitas hūana parui p̄cij ꝯputāda. iii
Felicitates om̄s humanas ſi haberes
quid proſunt cum caro datur vermibus et
aīa demonibus. iiij
Felicitas mūdana ſi ꝯtinue habetur: ſignū
eſt eterne dānationis. viij
Flagellat de⁹ hic vt in eternū parcat. xxi
Flagellat omnis filius. xxiij
Flagellamur pro culpis: q2 peccauimus in
deū et proximū. ibidem.
Fletus eſt lauacrum culparum: abſolutio
peccatorum. Folio. lxx
Fratrū carētia vl' ꝯſāguineoꝝ nō flerē. xxxix
Fraternitas carnalis non conſtituit here-
des regni. ibidem.
g G Audiū ꝯuertitur in luctū. lxv
Gaudia pelle: pelle timorē. etc. ibidem

Gaudij exterioris carentia non te faciat triſtem. lxiiij. ꝛ. lxv
Gloria mundi ꝛ honor tranſit. xxv
Guſtato ſpū deſipit omnis caro. lxi
Habitatio arta nō debet te turbare: nā recolligēdo mētē plꝰ diſponit. lxij
Homo nouus fit doctrina ſpūali. xc
Honor quē tu ꝑdis in ꝓfeſſione: ꝑfecte recōpenſantur. Folio. xxviij
Honoris turbatius remediant᷑. xxv
Humiliari conſolatoriū eſt. xxvij
IEſus eſt mel in ore: melos in aure ꝛc̄ dulce remediū ignominie. xxxi
Ieiunium calores febrium extinguit: paraliſim. ꝛc̄. lx
Impoſſibiliū nō eſt obligatio. lxxvij
Infirmitas non te perturbet quia liberat a purgatorio. Folio. xci
Infortuniū nō cadit in bonū hoīem. viij
Inimicorum odium plus confert tibi ꝙ̄ dilectio amicorum. lvi
Iniurias patiēdo meretur q̄s. xv
In ꝑ̄ncipio erat v̄. ꝯ tēpeſtates legit᷑. ci.
Interdictū aufert recreationē ab infirmis etiā ſanis mēbris. lxxx. ꝛ. lxxxi
Ira aliquādo eſt de ꝑfectiōe virtutis. xcv
Irā q̄ vicit melior ē ꝙ̄ q̄ capit ciuitatē. ibidē

Iracūdia te nō ꝓuocet ad querelā. ibidem
Irregularitas humiliat. lxxix
Iugum domini alleuiat effectus remune-rationis. lxxiij
Lacrime dolorem euaporare faciunt ꝛ proſunt. Folio. lxx
Liber eſt q̇ nulli turpitudini fuit. lxxij
Libertatꝫ carētia nō turbet te. ibidem.
Libri ſupplent vicē hoim̄. lxviij
Locum paruum ſeu non delectabilem: non cures: nec triſteris de illo. lxij
Loquele defectū ſi habes nō ꝑturberis: qꝛ interi⁹ deo ꝛ ſctis loqui poteris. lxxxviij
Mala nulla ſūt niſi q̄ crimīe mētē īplicant ſeu ꝯſcientiā ligant. xx
Mali nihil hn̄t ī celo: boni nihil in mūdo. v
Mali ſi melius habeant in hoc mundo q̄ꝫ boni: nō triſteris. folio. lxix
Mali plꝰ q̄ꝫ boni ꝓſperant ī h̄ mūdo. ibidē
Malū ipunitū manere ē maxīa pūitio. xxxi
Mēbroꝝ q̄rūcūqꝫ carētia n̄ te ꝑturbet. lxxxix
Mille artifex frequentius in maiores et ſuperiores ſagittas mittit. xxxiij
Mors patienter ſufferenda. xvi
Mors amici nō ꝯtriſtet te. xlix
Mors eſt iudex omniū: qui tribus citati-onibus procedit. xci

Morte iminente nõ triſteris: quia malorũ omniũ remedium eſt. xcij
Morte imminente mariam inuoca et ſanctam katherinam. ibidem.
Mundũ relinquẽs nõ arbitret ſe ingentia reliquiſſe dixit antoni⁹. fol. iij. ⁊. iiij
Mũd⁹ relinquẽd⁹ eſt ppt xp̄m. lxxviij
Natalium defectus nõ turbet te: nec erubeſcas. xxxix
Naſci de adulterio eſt culpa parentũ. ibid.
Neceſſitate morimur: fac ergo de neceſſitate virtutem. folio. l
Nobilitas ſũma eſt claꝝ eſſe ꝟtutibꝫ. xl
De ig̃bilitate generis ꝗ̃ nõ turberis. ibid.
Nobilitas carnis plerumqꝫ ignobilitatẽ parit mentis. ibidem.
Obedientia nõ te contriſtari debet ſed gaudere debes ꝙ deus a te obedientiam requirit in preceptis. lxxiij
Obedientia in ſeruãdis preceptis: efficit impetrare qđ petimus. ibidem.
Obediẽdũ eſt diuinis: q̇cq̇d enim vice dei p̄cipit hõ: nõ aliter accipiẽdũ eſt q̃ſi p̄cipiat de⁹ ſi certũ eſt ꝙ deo nõ diſpliceat. lxxiiij
Obediẽtia oĩb⁹ aliis bonis p̄fertur. ibidẽ.
Oculoꝝ defectũ nõ grauiter feras. lxxxvi
Odorãdi defecti ſi habes nõ triſterꝭ. lxxxviij

¶ Orandi tēpus ſi nō habes: aut aliud opus ſpūale faciendi: nō triſteris. lxxxij
¶ Orare nunq̄ deſinit iuſtus: niſi deſinat iuſtus eſſe. Folio. lxxxiij
Pacē exteriorē ſi mali plus habeant: tamē iuſti plus internā. lxix
¶ Parcit deus hic quibuſdam vt in eternū feriat et econtra. xxi
¶ Parentele et generis nobilitatem turbatiua remediantur. xxxviij
¶ Parentelā magnā nō deſideres. ibidem.
¶ Paſſus ē xp̄s vt ſequamur veſtigia ei⁹. xxi
¶ Paupertate nichil diti⁹ inueniri poteſt. xlv
¶ Pauperes chriſti ſunt vitijs vacui virtutibus pleni. xlv
¶ Paupertas voluntaria omnia pro deo relinquēs theſaurizat in celo. xlvi
¶ Pauper fuit xp̄s. xlvij
¶ Paupib⁹ mlta bn̄ficia de⁹ fecit. xlviij
¶ Peccata p̄terita nō ɔdēnāt ſi nō placēt. cij
¶ Pnīa mētē munit z i ſecuritate ɔſtituit. xxiii
¶ Peregrinatio nō eſt timēda. xxiiii
¶ Perplex⁹ null⁹ eſt abſolute loquēdo. xcvii
¶ Philozophorum vera dicta in vſum noſtrum vendicanda. Folio. l.
¶ Placere populo nō cures. lvii
¶ Podagre morbo pauperes cibi congruunt

ad curandum. ¶ clix

¶ Potētes quāto fuerint in ſtatu altiori: tāto in maiori periculo verſant̄. xxxii. ⁊ xxxiii

¶ Ptātis ⁊ dignitatꝫ ꝯ̄batiua remediāt̄. xxxii

¶ Precepta dei ſuās remunerant̄. lxxiii

¶ Prelati tot mortibꝰ digni ſunt: quot mala exēpla ad ſubditos trāſmittunt. xxxv

¶ Preſūptuoſi ſūt m̄lcū duri ⁊ īfeſti. xcviij

¶ Proles multas habens exagitatur circa tranſitoria: nō curat quomodo habeat dū modo multa habeat. xxxviij

¶ Proſperitas eſt nouerca ꝟtutis. vi

¶ Puſillanimitas ſeu timiditas non te perturbet. xcviij

Regnare volentes rationē deo reddere habebūt. xxxv

¶ Rex ſeipſum et alios regere debet: vnde peccando amittit nomen. ibidem.

¶ Riſiſſe chriſtum nūq̄ȝ legimus. vi

¶ Riſus dolore miſcebitur. iiij

¶ Rudis ſi es aut ruſticanꝰ. nō turberis. liij

Salue regina ad omnes horas vnꝰ dicere conſueuit. ¶ Folio. ci

¶ Sarabaitarum deterrimum genus monachorum. lxxvi

¶ Sapiens nunq̄ȝ ſolus eſt: etiā ſi eſt ſeparatus ab hominibus. lvi. ⁊ lxvij

Scala celi fit per ligna que in horto con//
ſcientie creſcunt. xciiij
Senect⁹ nõ ſit tibi moleſta. xc
Seruilis ē oĩs paſſio ꝛ ſic dñi ſũt ſui. lxxij
Seruitute culpe pctõꝛ oĩs ſuus eſt. lxxij
Seruitutis ꝯditio nõ te ꝯtriſtet. lxxij
Silentij obſeruatione nõ ꝯtriſteris: quia
multa bona ſolet operari. lxvi. ꝛ lxvij
Sobrietas oĩm virtutũ mater eſt. lx
Societas mala nõ te perturbet. qꝛ ad vir
tutis exercitium confert. liij
Societatis carẽtia te nõ moleſtet. lv
Solitudinem diligas. ibidem.
Solitudinem conqueri non poteſt: qui ha//
bet copiam librorum. lvi
Superſtitionum deceptiones bonis non
ſunt timende. folio. c.
Stultus tacere non poteſt. lxvij
Surdi audiunt. lxxxvij
Tacere q̃ nouit ſapiẽs eſt. lxvij
Tacitũ qđ eẽ vel. nemĩ dixeꝛ. ibid.
Tedioſus ſi es aut igtioſus: nõ turberꝫ. liij
Tpalia debẽt peti cũ modo ꝛ timore. lxxxiij
Tẽptatio auget coronã ꝛ facit beatũ. xiij
Tẽptatio multa bona efficit. xvij
Temptationes patiuntur qui pie viuere vo
lunt in chriſto. Folio. i.

¶ Tēptationē ſequit̄ humilitas. xix
¶ Temptare demones non plus poſſunt q̄ꝫ permittuntur. xviij
¶ Teſtis ſi nobis eſt in celo ⁊ teſtis in corde dimittam⁹ ſtultos foris loq̇ q̄d volūt. xxx
¶ Timor īferni vel purgatorij retreat te. cij
¶ Timore conſcientie multis modis contingit errare. xcviij
¶ Timere deū ē nll'a bona faciēda p̄terire. xcix
¶ Tonitrua cū ſūt mori nō timeas. ci
¶ Tormēta gaudēter ſūt tolerāda. xvi
¶ Tribulatio bona eſt et de ea conqueri non debes. Folio. ix
¶ Tribulatio eſt porta regni celoꝝ. xi
¶ Tribulationes ſunt pro penis purgatorij tolerande. ibidem.
¶ Tribulatis deus preſens eſt. xij
¶ Tribl'atio ī p̄nti: auget coronā ī futuro. xiij
¶ Triſtitia nō ierit his q̄b⁹ ſal⁹ ī deo eſt. lxviij
¶ Triſtitias plures huius mundi libenter ſuſtinere debemus. ibidem.

Vallis miſerie fit vallis in ſpe felicitatis eterne: non eſt ergo dolendum de incolatus prolongatione. viij
¶ Ve vobis qui diligitis primas cathedras quid ve importat. xxxviij

Verecundia maior in confeſſione decorat animam. Folio. xxviij
Veſtitū delicatū nō deſideres. lxij
Via dei ↄtinuatur in aduerſitatibꝫ: nā in via dei nō ꝑgredi eſt retrogredi. xxiij
Virtus nulli precluſa eſt: omnibus patet omnes inuitat. xciij
Virtutes ſunt aīe ornamentū ibidem.
Virtutē facias de neceſſitate: tēptationem ineuitabilē libēter tolerādo. xvij
Virtutē fac de neceſſitate. folio. l
Vita bona non in bene valere ſed in mala pati conſiſtit. xx
Vite actiue opibꝰ ↄtingit plꝰ mereri. lxxv
Vite breuitas nō te ꝑturbet. xci
Vite preſentis contemptus hominem quietum et ſecurum facit. ci
Vitia deſerere ⁊ ꝟtutes acq̄rere oportet. xx
Vituperia et contumelie ſunt efficax medicamentum conſcientie. xxx
Volūtas libera eſt ſi ſpū ducit. lxxij
Voluntas pro opere reputatur vbi non eſt facultas. lxxv
Volūtas ꝓpria grande malū eſt. lxxv
Volūtas ꝓpa ceſſet ⁊ infernꝰ nō erit ibidē.
Volūtas ꝓpe carētia nō te moleſtet. ibidē.
Voluntate ꝓpria nichil maius homo poteſt

deo dare. lxxiiij.ꝛ.lxxvi

¶ Volūtatis ꝓpe abdicatio mltū valet. lxxv

¶ Voluptatum carentia non debet quem tur-
bare. lvij

¶ Voluptatibꝰ aſſueti carere nō poſſunt. ibid

¶ Voluptatū exitus triſtes ſunt. ibidem.

¶ Voluptates ſunt arma diaboli. lviij

¶ Votū malū nō eſt ſeruandum. lxxvi

¶ Votorum emiſſorum obligatio nō te faciat
triſtē ſed gaudentem. lxxvi

¶ Melius eſt aliquid facere ex voto q̄ ſine
voto. ibidem.

LIVRARIA DA UNIVERSIDADE

Incipit ꝓfatio in cōſolatoriū the
ologicū preclariſſimi viri: magiſtri
Iohānis de Tābaco: ſacrarū littera
rum doctoris. Da Livraria d...

QUoniā ſcd̄m aplm̄: quecūqꝫ
ſcripta ſūt ad nr̄az doctrinā
ſcripta ſūt: vt ꝑ ꝯſolationē
ſcripturaꝝ ſpem habeamꝰ.
qua ſcꝫ ſpē gaudētes ī tribu
latiōe ob quorūcūqꝫ triſtiū
occaſionē a ſpirituali gaudio ī dn̄o ꝯtinuā-
do minime deficiamꝰ. Idcirco ꝯſideratis
mūdi huiꝰ tribulatiōibꝰ ac mlt̄iplicibꝰ tur-
bationū cauſis ſeu occaſiōibꝫ: cogitaui de in
finitis ꝯſolatiōibꝰ ꝯtentis īplicite vel ex-
plicite in ſcripturis: q̄ſdā redigere in h̄ q̄-
licūqꝫ ope inſcriptꝫ. Ad honorē dei ꝯſolato-
ris optimi ⁊ eximij. ac gl'ioſe ꝟginis marie
quā ipſe paraclitꝰ ſic fecūdauit ꝙ deū totius
ꝯſolationis nobꝭ genuit: atqꝫ btiſſimi iohā-
nis euāgeliſte q̄ ꝑpt̄ euāgelizādi ꝯſtantiam
exilio religatꝰ: diuine viſiōis ⁊ allocutiōis
meruit crebra ꝯſolatiōe releuari. Necnon
oīm ſctōꝝ: quos ꝑ mltas tribulatiōes opoꝛ
tuit intrare ī regnū celoꝝ. Ac deniqꝫ ad ꝯſo
lationē oīm hoim: ꝑcipue aūt illoꝝ qui pie

viuere volūt in xp̄o: ⁊ ob hoc: teſte ſcriptu-
ra: ꝑſecutiōes ⁊ tēptatiōes paciūtur. Sa-
ne ſicut olim īſignis ille boeti⁹. dū regis:
Theodorici fauere tyrānidi recuſaret: miſ-
ſus in exiliū ⁊ in carcerē recluſus de ꝯſola-
tiōe philoſophie librū edidit. Sic ⁊ ego ab
īpugnatorib⁹ iuſticie ꝑiter ⁊ obediētie ſācte
romane eccleſie: a ꝓp̄e māſionis loco eiect⁹:
quādā exilij ſpē ſuſtinēs: p̄fatū opus ag-
greſſus: ip̄m ſi legētib⁹ placeret: de ꝯſolatōe
theologie appellādū iudicarē. Qd̄ ſi iter-
dū philoſophoꝝ ac rhetoꝝ necnō alioꝝ au-
ctoritates i eo ſūt iſerte: h̄ ea intētiōe factū
eſt qua doctorē excellētiſſimū Aug. dixiſſe
memini. Si qua vera dixerūt philoſophi:
ſūt ab eis tāq̄ ab iiuſtis poſſeſſorib⁹ in vſus
nr̄os vēdicāda. Uerꝫ q: diuerſe triſtes ꝑſo-
ne varijs ex cauſis ſeu occaſiōib⁹ ꝯmunib⁹ ⁊
ſpecialib⁹ turbate: varijs idigēt ꝯſolationū
remedijs. Idcirco vt in h̄ libro ꝓ qualibet
ꝑſona ex quibuſcūq̄ cauſis turbata. parata
ꝯſolatio in certo ſuo loco ꝓ̄pti⁹ valeat in-
ueniri. a ꝯmuniorib⁹ ad ſpecialia vſq̄ ꝓce-
dēs. librū iſtū in quīdecī libros ꝑtiales di-
ſtinxi: cōtra hoīs turbatiua: ꝯſolationū re-
media ꝯtinētes oportuna. Quoꝝ tituli in
genere ſunt hic ꝯſequenter annotati.

rdo et par-
titio libri

¶Prim⁹ liber ꝯtinet ꝯſolationū remedia
oportuna ꝯ̄ illa turbatiua hoīs que opponū
tur mūdane felicitati ⁊ ꝓſperitati.

¶Secūdus liber ꝯtinet ꝯſolationū reme
dia oportuna ꝯ̄ illa turbatiua q̄ opponūtur
generalit̄ paci ⁊ trāquillo ſtatui.

¶Terti⁹ liber ꝯtinet remedia oportuna ꝯ̄
turbatiua q̄ opponūtur ꝯmodo ⁊ q̄eti.

¶Quartus liber ꝯtinet ꝯſolationū reme-
dia oportuna contra illa turbatiua que op-
ponuntur glorie et honori.

¶Quintus liber ꝯtinet ꝯſolationū reme-
dia oportuna ꝯ̄ illa turbatiua q̄ opponūtur
poteſtati et dignitati.

¶Sextus liber ꝯtinet ꝯſolationū reme-
dia ꝯ̄ illa turbatiua q̄ opponūtur parētele
⁊ generis nobilitati.

¶Septim⁹ liber ꝯtinet ꝯſolationū reme-
dia ꝯ̄ illa turbatiua q̄ opponūtur diuitijs
et rerū facultati.

¶Octauus liber ꝯtinet ꝯſolationū reme
dia ꝯ̄ illa turbatiua que opponūtur amici-
tie et ſocietati.

¶Nonus liber ꝯtinet ꝯſolationū reme-
dia contra illa turbatiua que opponuntur
delitijs ⁊ voluptati.

¶Decim⁹ liber ꝯtinet cōſolationū reme-

dia cōtra illa turbatiua q̄ opponūtur ſola/
tijs ⁊ gaudijs ſeu iocūditati hui⁹ ſeculi.

¶ Undecimus liber continet cōſolationū
remedia contra illa turbatiua que opponū/
tur libertati.

¶ Duodecimus liber continet conſolatio/
nū remedia contra turbatiua que opponū/
tur ſtudio: contēplationi ⁊ deuotioni.

¶ Tredecimus liber cōtinet conſolationū
remedia contra turbatiua que opponuntur
bone ipſius corporis diſpoſitioni.

¶ Quartuſdecimus liber ꝯtinet ꝯſolatio/
nū remedia ꝯtra turbatiua q̄ opponuntur
bone ipſius aīe diſpoſitioni ſeu ꝯditioni.

¶ Quintuſdecimus liber continet conſo/
lationum remedia contra turbatiua que op/
ponuntur ſpecialiter ipſius anime ſecuri/
tati et tranquillitati.

Prim⁹ liber cōtinet cōſolationū remedia oportuna ꝯ illa ꝓbatiua hoīs q̄ opponūtur mūdane felicitati ꝛ proſperitati. Et habet capitula. iiij.


i ¶ De ꝯſolatione ſup carentia mūdane felicitatis ꝛ proſperitatis.

ij ¶ De aduerſitatib⁹ ꝛ infelicitatibus.

iij ¶ De aduerſa fortuna.

iiij ¶ De incolatus prolongatione.


¶ De cōſolatiōe ſuper carētia mūdane felicitatis ꝛ proſperitatis. Ca. i.

PRimo ḡ vt de hiis q̄ opponunt mūdane felicitati nō turberiſ: ſꝫ poti⁹ gaudeas: ſtude vt internis oculis ymaginē xpi venerādā īſpicias: ī q̄m l'tū diſcere ꝛ ꝓficere poteris: q2 nobiliſſimi illi⁹ exēplaris xpi: ſcꝫ geſta ꝯſiderata: te ꝯſolari pot' ſr ſup oīa cetera ꝯſolationū remedia. Nimirū ipe ē magni ꝯſilij āgel⁹. q̄ vn⁹ oīm eſt mgr. dei q2 virt⁹ ꝛ dei ſapiētia ac ſalutis auctor. Cui⁹ reuera auctoritati venerādę oīs humana ratio digne debet cedere. Si ḡi oīm ꝑpēſi⁹ attēderis: ſcias ꝓcul dubio nil eſſe curādū de habēdo ea in quib⁹ ꝯſiſtit huius breuis vite felicitas: vel nō habēdo ea in quib⁹ ꝯſiſtit ei⁹ infelicitas: q2 ſuo exem-

plo efficacit᷑ ꝑsuadet neminē xp̄ianū. vt pu-
ta xp̄i sectatorē nullaten⁹ debere: aut ī bonis
mūdi felicitatē q̄rere: aut ī malis infelicita-
tē timere. Vn̄ Aug⁹. Oīa bona trena ↄtē- Aug.
psit homo xp̄s: vt ↄtēnenda mōstraret. ⁊ oīa
terrena mala sustinuit que sustinēda preci-
piebat: vt nec in illis q̄rere᷑ felicitas: nec ī
istis timere᷑ ifelicitas. Ceterꝝ p̄misse ↄside-
rationi de ↄsolatiōe in miserijs habende:
adijciēdū est ꝙ miseri nō paucos sꝫ plīmos
sctōꝝ excellētissimos ī miserijs hn̄t socios:
q̇ his in vita caruere: ex q̄b⁹ humana ↄponi-
tur felicitas: ↄtrariaqꝫ passi sūt q̄b⁹ miserie
ratio ⁊ ifelicitatꝭ titul⁹ solet iponi. Sed ⁊
p hmōi miseroꝝ solatio deberet sufficere solū
xp̄m sociū habuisse. Ipse nanqꝫ xp̄s dū via-
tor esset: in miseriaꝝ sustinētia plurimaꝝ vo-
lūtarieqꝫ assūptaꝝ extimationē prorsus ex-
cessit: qui tamē tāte dignitatꝭ ⁊ excellentie
fuit: ꝙ societas ei⁹ soli⁹ ī hac parte pl⁹ ↄfer-
re poterit miserꝭ ad solatiū: q̄ꝫ habere alioꝝ
cētena milia socioꝝ. Porro parui p̄cij atqꝫ pō-
deris ē felicitas hūana: nec aliq̄ꝫ modo int in-
gētia ↄputāda. Audi de h mūdi desertorē
magnū illū ātoniū: qui dū quadā die a fra-
trib⁹ vt eos īstrueret rogare᷑: sic ait. Nemo
cū despexerit mūdū: arbitre᷑ se reliq̄sse in-

gentia: nichil eoꝝ cure ſit monachis q̄ ſecū
afferre nō poſſūt. O viri hui⁹ puriſſimi cor//
dis iudiciū. viri q̄dē celeſtꝫ ꝛ q̄ſi de altiſſi//
mo celo ꝓſpicientis ꝛ puitatē mūdi hui⁹ ꝯſi
derātis. O toti⁹ religionis ꝯſiliū. O pfecte
magnanimitatꝫ p̄claꝝ exēplū: tota tibi de//
uotiōe imitādū. Mirū eſt ꝗ ſi te res aliqua
p̄ſertim de his minimis ꝛ pituris poterit p//
turbare qn̄ excellētiorib⁹ te p̄ditū poti⁹ de
beres arbitrari: Simile eni hoc eſſet ac ſi
magn⁹ q̄ſq̄ iperator ꝛ maxim⁹ in diuitijs de
vni⁹ oboli amiſſione q̄rularetꝛ. Audi rurſus
q̄d dixerit Hieronym⁹: oēs quaſi humane
felicitatis pticulas ꝯp̄rehendēs. Si inq̄t
habeas ſapiētiā ſalomonis: ſi fortitudinem
ſamſonis: ſi longeuitatē enoch: ſi diuitias
creſi: ſi poteſtatē octauiani: q̄d proſunt hec
oīa: cū tandē caro datꝛ vermib⁹: ꝛ aīa demo
nib⁹ cū diuite ſine fine cruciāda. Audi de
niq̄ Innocētiū de amaritudine felicitatis
humane loquentē. Mūdana inq̄t felicitas
multꝫ amaritudinib⁹ eſt reſpſa. Nouit hoc
ille q̄ dixit. Riſus dolore miſcebitꝛ: ꝛ extre//
ma gaudij luct⁹ occupat. Subito cū nō ſu
ſpicatꝛ īfortuniū accidit. calamitas irruit:
morb⁹ iuadit: mors inſcipit: quā null⁹ eua//
dit. Un̄ ꝛ Aug⁹. De⁹ felicitatib⁹ terrenis

amaritudines miſcet. vt alia q̄rat̄ felicitas
cui⁹ dulcedo nō eſt fallax. Hoc aūt dic̄: q̄ſi
ſentiret blādā mūdane felicitatꝫ dulcedinē
fallacē eſſe. Hinc nāqꝫ ⁊ alibi de mūdo teſtat̄
ꝙ blād⁹ ſit ꝑiculoſioꝛ q̄ȝ moleſt⁹. Nimirꝫ fe
licitatē p̄ntis vite ꝯſequit̄ i hac ꝑte malum
vere miſerie. Un̄ ſeneca. Miſerꝫ te reputo
q꞉ nūq̄ȝ fuiſti miſer: trāſiuiſti viā ⁊ nō iueni/
ſti aduerſariū: nimis fuiſti miſer. Miſeros
reputo q̄ nimia felicitate toꝛpeſcūt. hec ſen̄.
Poꝛro felicitatē humanā habere p̄ſtat habē/
ti nō modicū nocumēti. Ip̄m eteni habentē
facit plane negligere: aut negligēter q̄rere
verꝫ bonū atqꝫ ſummū: experientia atteſtāte
idip̄m. Quis eni hoꝛꝫ quēpiā qui mundana
gaudere viſus ē felicitate: vel aliq̄n cū ap̄lo
dixiſſe recoꝛdatur. Cupio diſſolui ⁊ eſſe cū
xp̄o. Ecōtra quidē: mala q̄ nos hic p̄munt
ad deū ire ꝯpellūt: aliāqꝫ vitā vere felicē ⁊
oīs īfelicitatꝫ miſerias finiētē deſiderare et
q̄rere faciūt. Idcirco etiā ſup p̄miſſis miſe/
rijs nō doleas: ſed poti⁹ gaudeas: eo ꝙ certū
ſit ſignū in bonū: q̄uis ꝑ breui tp̄e admodū
ſit tedioſū. Nā carere ac p̄uari felicitate hu
mana eſſeqꝫ mūdanoꝝ hoīm iudicio ī hoc exi/
lio īfelicē: ſignū ē vix aut nūq̄ȝ fallibile decli
nādi terrā illā tenebroſam ⁊ optā moꝛtꝫ cali

gine p̄ueniēdiq̃ʒ ad p̄riā claritatʒ et̄ne. Sic
enī Job mūdana q̄ rudā felicitate exposita de
īpis sic ꝯcludit. Ducūt ī bonis dies suos ⁊
in pūcto ad īferna descendūt. Ita e cōtra//
rio de miseris affirmare possumꝰ. Ducūt in
malis dies suos: ⁊ ī pūcto ad celestia regna
ascēdūt. Habēt ergo boni christiani īpa sua
īfelicitate seu mūdane felicitatʒ carētia in
p̄nti signū efficax sperāde felicitatʒ ī futuro:
quēadmodū felices in h̄ seculo signū habēt
eterne dānationis in alio. Justo enī iudicio
dei videt̄ hec fctā diuisio: vt hi q̄ hic bn̄: sctē
⁊ pie vixerūt: felicitate careāt q̄ est in terra:
hi vero q̄ hic felices fuerūt: careant ea q̄ est
in celo. Nimirʒ hāc diuisionē īter eos glo//
sa q̄dā sup̄ illō iacobi. Om̄e gaudiū. ⁊c. cla//
re manifestat: spēqʒ bonoꝝ xp̄ianoꝝ ī p̄nti in
feliciū simili t̄ īsinuat dicēs Ne idignemini
si mali ī mūdo florēt ⁊ vos patimini: q̄ꝛ nō ē
xp̄iane dignitatʒ in tēporalibꝰ exaltari sʒ po
tiꝰ deprimi. Mali nichil hn̄t ī celo: vos nichil
in mūdo: sed spe illiꝰ boni ad q̄d tēditis q̄cq̄d
in via ꝯtingat gaudere debetis. Nichil est
vnde doleatʒ: vn̄ dubitetʒ. Hec glosa. Boni
igit̄ christiani nō debēt tristari si ea felici//
tate careāt q̄ in minimis ⁊ caducis ꝯsistit: ⁊ ob
hoc eoꝝ dignitati nō ꝯgruit: vt pote quoꝝ

dignitas ad modū āgelice dignitatꝫ illā in
īmēsum excedit: quī imo ꝯsolati potiꝰ gaude
re debēt ex salutis sue signo tā pclaro. Iuxta
doctrinā apostolicā. Sepe gaudētes: iuste
dei dispēsationi in hac pte securiꝰ inītētes
Nā teste Hieronymo: difficile imo īpossibi
le est vt pñtibꝰ ꝛ futuris q̄s fruatur bonis: vt
hic ventrē ꝛ ibi mentē īpleat. vt de delitijs
ad delitias transeat: vt in vtroqꝫ seculo sit
btūs: vt in celo ꝛ in tra appareat gloriosus
Vñ Hugo scribēs de arra aīe: ex huiusmodi
dispēsatiōe diuina sue sumit in eadē mate//
ria ꝯsideratiōis fortissimū argumentū.

## ¶ De aduersitatibꝰ ꝛ īfelicitatibꝰ. ca. ii

R Ursū nō debes de pspitatꝫ carētia
vl' de aduersitate q̄rulari: qꝛ nō est modi
ca ꝯsolatio magnis ꝛ īsignibꝰ psonis in cau
sa honesta assimilari. ipsarūqꝫ ꝯditiōibꝰ etiā
grauibꝰ ꝛ difficilibꝰ. dūmodo vitiose nō sint
ꝯformari. Quippe qui dignꝰ haberetur cū
rege magno ꝛ regalibꝰ: vestē ex causa hone//
sta lugubrē deferre: hoc q̄dē sapiēs mallet cū
hmōi dignioribꝰ facere q̄ȝ stola iocūditatis
īdui cū plebeis nulla pollētibꝰ dignitate.
Sane rex regū xp̄s dei filiꝰ veste aspsa san//
guine: vt Johes testatur: ceteriqꝫ electi dei ꝯsi
mili aduersitatis asperitate īduti fuere. via

q̄ arta ⁊ aſpa q̄ poſſet celos penetrare poti⁹
q̄ via lata ducere in ꝑdicionē īceſſerit. Un̄
Aug⁹. Dn̄m ieſū legim⁹ doluiſſe: fleuiſſe: op
ꝓbria ⁊ ꝯtumelias ſuſtinuiſſe: ex itinere fa
tigatū fuiſſe. ſputa. flagella. crucē ſuſcepiſſe
nūq̄ tn̄ legim⁹ eū riſiſſe: nec ī pn̄ti ꝓſperatū
fuiſſe. Hinc plane hic ī ſpe gaudēt oēs electi
cū ceperint mūdi aduſitatib⁹ fatigari. ⁊ nul
lis ei⁹ ꝓſpitatib⁹ fallacit̄ decipi: ſciētes ꝓcul
dubio nō aliā viā ſupeſſe ꝑ quā poſſet celos
penetrare. Hec Aug⁹. Cui⁹ ꝑ ſentētiā edo/
ceris ſi de electoꝝ numero eſſe volueris: q̄ nō
doleas tp̄e aduſitatis: vl' ꝓpt carentiā mū/
dane ꝓſperitatis. Caue ḡ ne te fallat ꝓpriū
iudiciū ⁊ ꝯmune multoꝝ: qui gaudēt in pro
ſperis ⁊ triſtant̄ in aduſis: q̄ ſi ſano regerē
tur iudicio ꝯtraria ſentirēt. Nā ſcti ⁊ puri
ac ꝑ ꝯſequēs exiſtētes boni iudicij magꝭ gau
dēt in aduſis q̄ in ꝓſpis. nā ꝓſpera ſeducūt
⁊ aduerſa ad celeſtē patriā feliciter deducūt
Proſpera itaq̄ ſūt plimū formidāda. ⁊ eoꝝ
carētia ē optāda. Audi de hoc Hiero. Uota
inq̄t nutricis mee nūq̄ michi eueniāt: q̄ ſcꝫ
optat ꝓſpa q̄ cedūt in grauamē. Un̄ grego.
Magis ꝓſperitatꝭ ſblimitas q̄ neceſſitatꝭ
aduſitas grauat. Un̄ etiā Aug⁹. Nemo ꝯgra/
tuletur homini q̄ ꝓſperat̄ in via ſua: cuius

pctīs deest vltor ꝛ adest laudator: maior ira
dei est Irritauit em̄ dn̄m pctor vt ista patiat̄
et vt flagella correctionis nō patiat̄. Unde
ꝛ Chrysosto. Nouerca ꝟtutis ꝓsperitas be
aculis suis sic applaudit vt noceat: ꝛ ifelici
ſucceſſu ſic in via fortūatos obſequit̄: vt in
fine ꝑnicie opet̄: ꝯuiuis ſuis ab initio ꝓpi
nās dulcia: ꝛ cū iebriati fuerit letale virus
miſcet: ꝛ qd̄ deteri⁹ est: quo ſpē ſuis clarescit
āpli⁹. eo ſtupentib⁹ oculis dēſiorē infundit
caliginē. hec Chryſoſ. Cui⁹ dictis ſi aures
accōmodes ꝛ fidē adhibeas: mir ꝑ est ſi de ꝓ/
ſpitat carentia doleas: quā optimoꝝ q̄ in te
ſūt nouercā eſſe dedicisti. parā tibi ſb̄ ſpē dul
cis poculi toxicū miſtrare ꝛ caliginē iducer̄
Noli etiā o hō te ingratū oſtendere de donis
diuīs de q̄b⁹ puidet de⁹ ſuis cariſſimis filijs
ſꝫ cū maiorib⁹ ꝛ magis priuat amicis: ꝛ pre
oībus filio ſuo vnigenito dn̄o nr̄o iesu xp̄o
adūſitates dediſſe marias dinoſcat̄. Si has
a pr̄e tuo: patre q̄dē oīm: tuo autē ſingulari
adoptōe ꝛ te tenerrime diligēte recepiſti vl̄
qn̄qꝫ recepis: nō inde tāq̄ꝫ de nō bonis triſte
ris. Uia q̄ppe pn̄tis aduerſitat arta eſt: via
q̄ ducit ad regnū: ꝛ ideo illa via gaudēter ē
merito incedēdū: q̄ ſperāda eſt in t̄mino io/
cūditat ꝑpetue. Un̄ Grego. Sācti viri cū

ſibi ſuppetere pſpera hui⁹ mūdi ↄſpiciunt
pauida ſuſpitōe turbant. Timēt eni ne h̄ la
boꝝ ſuoꝝ fructū recipiāt: timēt ne q̄ diuia
iuſticia latēs in eis vuln⁹ aſpiciat: ⁊ exterio
rib⁹ eos muneri b⁹ cumulās ab intimis re-
pellat. hec Greg⁹. Audi ruꝛſ⁹ eūdē Greg.
Electꝭ ſuis dr̄iter aſpeꝛ facit ne dū delectēt
ī via: obliuiſcant eoꝝ q̄ ſūt ī pr̄ia. Audi etiā
q̄d v̄itas dicat. Quid p̄deſt hoī ſi vniuerſū
mūdū lucret: aīe vō ſue detrimentū patiat.
Duo ſane h̄ copulat: ſcꝫ lucrū mūdi: ⁊ aīe de-
trimētū: ī nuc̄s plane qm̄ p̄mū ſine ſcd̄o ne-
mo eq̄ ↄſeq̄t: imo reuera mūdana felicitas
ſi habeat ↄtinue: ſignū ē euidēs dānationis
et̄ne. Vn̄ Greg⁹. Cōtinu⁹ ſucceſſus tp̄aliū
ē certū future calamitatꝭ īdiciū Sꝫ ⁊ ī p̄nti
mlt̄as miſerias ⁊ fallacias pſpa ī ſe h̄nt De
q̄b⁹ Aug⁹ ſic dic̄. Proſpa hui⁹ mūdi aſpi-
tatē h̄nt verā: iocūditatē falſā. certū dolorē
īcertā volūtatē: duꝛ laborē: timidā q̄etē: rē
plenā miſie: ſpē btīudinis īanē. Hec aug⁹
Deniq̄ꝫ vt adūſa tibi nō noceāt: caue diliḡe
ter ne pſpa te coꝛrūpāt. Vn̄ Greg⁹. Nulla
adūſitas deijcit quē pſpitas nulla coꝛrūpit
Qui eni veritati īheret: vanitati nullo mōdo
succūbit: qꝛ dū forti pede cogitatiōis īm⁹ in
tētionē fixerit: oē q̄d foris mutabilit agit

ad arcē mētis mīme ꝑtigit. hec Gr. Scdꝫ
quē etiā vt alibi dic. nulla nocebit aduſitas
ſi nulla dn̄etur iniq̄tas. Et certe ſi dn̄atur
iniq̄tas: expedit vt hoc corrigat aduerſitas.

De aduerſa fortuna. ¶ Ca. iii.

POrro de aduerſa fortuna nō ꝑterreris
ſed potiꝰ plurimū ꝯſoleris: qꝛ aduſa
plus affert boni. ꝛ pſpera plus infert mali.
Vn̄ Boe. Plus hoibꝰ reor aduerſā ꝗꝫ pro//
ſperā ꝓdeſſe fortunā. Illa enī q̄ dicit pſpera
ſemꝑ ſpecie felicitatꝫ cū videt blāda mētit
hec ſcꝫ q̄ aduerſa dicit ſꝑ vera eſt cū ſe iſta//
bilē mutatiōe demōſtrat. Illa fallit. hec in
ſtruit. Illa ꝑ mēdaciū ſpecie bonoꝝ mentes
fruētiū ligat: hec cognitiōe fragilis felicita
tis abſoluit. Itaqꝫ illā videas vētoſā: fluentē
ſuiqꝫ ſꝑ ignarā: hac ſobriā ſuccīctāqꝫ: ꝛ ipſiꝰ
aduerſitatꝫ exercitatōe prudētē. Poſtremo
felix a vo bono deuios blādicijs trahit: ad//
uerſa pleꝝqꝫ ad va bona tedij vnco retrahit
Hec boetiꝰ. Ideo etiā ſapiēs de infortunio
turbari nō debet: qꝛ ſuū nō ꝑdit. Vn̄ ſen̄.
Nichil eripit fortuna niſi qd̄ dedit: virtutē
nō dedit ideo nō detrahit. Itaqꝫ ſapiēs nihil
ꝑdit q̄ in vniꝰ poſſeſſiōe tutꝫ eſt ex q̄ depelli
nō poteſt. hec Sen̄. Qui hoc dicens plane
innuit ſapientē nihil ſuū reputare debere qd̄

ↄtingit eū ꝑdere. Un̄ de quodā exēplū glo
riosū narrat valeri⁹. q̄ cū p̄tiez ei⁹ hostes i//
uaderēt: oīm ꝑcioſaꝝ reꝝ ꝑōdere onuſti fugiē
tib⁹: itrogat⁹. q̄d ita nihil ex boīs ſuis ſecū
ferret? Ego inq̄t certe bona mea oīa mecū
porto: pectore eni illa geſtabat nō humeris
nec oclis viſenda ſȝ aīo eſtimāda: in domici
lio mētꝭ icluſa: vbi manib⁹ mortaliū ꝛ labe//
factioni nō ſbſiſtūt: ꝛ vt manētib⁹ p̄sto ſunt
ita fugiētes nō deſerūt. Et ſimilia de alijs plu
rib⁹: q̄ꝝ bona incēdio vl' naufragio ſeu alio
mō perierūt ſcripta repim⁹. Preterea i bonū
hoīeȝ nō poteſt cadere īfortuniū niſi abuſiue
appellatū. Nō eni poteſt hoc hoīb⁹ eſſe aut
vocari īfortuniū: q̄d quidē eis coopatur in
bonū. Sȝ ecce bonis hoīb⁹ q̄ ideo boni ſunt
q: amici dei ſūt ꝛ deū diligūt: oīa ſm̄ Aplm̄
coopant in bonū. Et ideo ſi bon⁹ es: imerito
de īfortunio q̄rularis: ſȝ ꝛ ide q̄rulādo teipȝ
plane accuſas ac ↄuinceris ꝙ bon⁹ nō ſis.
Ceteꝝ vt dic̄ Boe. Si bene ſibi mēs ↄſcia
treno carcere reſoluta: celū libera petit. Nō
ne oē trenū negociū ſpnet. q̄ celo fruēs ſe
trenis gaudet exēptū. Ita reuera eſt de hi
q̄ iā nō ſūt hoſpites ꝛ aduene ſȝ ciues ſctōꝝ
ꝛ domeſtici dei: quoꝝ ↄuerſatio eſt in celis: ꝛ
quib⁹ celeſtib⁹ guſtatis deſipit oē terrenū

Qd aūt deſipit nō ꝯtriſtat nō habentē: atqꝫ abſqꝫ triſticia relinquit ab hn̄te. Itaqꝫ ſm̄ Boe. de tota fortuna nichil eſt expetēdū. qꝛ natura ſui bona nō eſt: q̄ nec ſe bonis ſemp adiūgit: ꝛ bonos q̄bꝰ fuerit adiūcta nō effi cit: cuiꝰ munera peſſimis herēt ꝛ ad ip̄robiſ ſimū queqꝫ vberiora ꝓueniūt.

## De icolatꝰ prolōgatione. Ca. iiii

Demū de ꝓlōgatione incolatꝰ in hac valle miſerie nō ē dolēdū ꝓpt cumu lū actuū meritoꝝ. Quāto enī magnis bonis hoīs ꝓlōgatur incolatꝰ: tāto felicior reddit ī effectu p̄mij ſalutarꝫ. Sicqꝫ vallis miſerie fit vallis ī ſpe felicitatꝫ etne. fit vallis vber rima fructū bonoꝝ vbertate: fit cāpꝰ certa mis ꝛ pugne victorioſe: fit mōs ſpeculatiōis altiſſime: fit rurſū vallis piguiſſima ex ſpūs piguedine: fit deniqꝫ vallis florida atqꝫ ḡtiſ ſima floꝝ honorꝫ ꝛ honeſtatꝫ iocūditate Sꝫ nec cauſet quiſqꝫ de noīe miſerie: cū mereat dici potiꝰ locꝰ lucratiuus diuitiaꝝ glorie: ꝛ in p̄ſentiꝰ futuras miſerias vl' plene vl' co pioſe indulgentie. Nēpe paulꝰ apl's mortē declinauit: cū ſbmiſſus in ſporta p muꝝ: ſuū ꝓſecutorē ī noīe dn̄i euaſit. Sed cur illō ꝑ fecto ꝯ̄uis ipſe dixerit. Cupio diſſolui ꝛ eē cū xp̄o: cū etiā dixiſſe legit. Opto anathe

na eſſe a xp̄o ꝑ fratrib⁹ meis. id eſt. ſcḋm gloſ-
ſam: ſeparat⁹ eſſe a xp̄o ꝑ fratrib⁹ ſecū i xp̄o
renatis: imo ꝑ filiolis quos itez parturiuit
diuturniori ſcz p̄dicatiōe in hac valle mi-
ſerie educādis ⁊ xp̄o lucrādis. Vn̄ chryſo.
de ipſo paulo dicit. Paſſus eſt ꝑ multū deponi
hui⁹ rei grāue p̄dicationi diuti⁹ inſiſteret: ⁊
cū̄ multis huic credēti⁹ ad xp̄m iret. Me-
tuebat ꝑfecto ne forte paupꝫ hīc ⁊ iops mł-
toꝝ: ſalutis abſcederet. hec Chryſo. Deniqꝫ
ob ꝯſimilē cauſā: incolatū ſuū btūs Mar-
tin⁹ ꝓlōgari nō renuit: ſed dicebat. Dn̄e ſi
adhuc ꝑplo tuo ſū neceſſari⁹. nō recuſo ꝓpt
eos ſubire laborē. fiat volūtas tua. Satis
eſt inqͣt dn̄e q̄ vſqꝫ huc certaui: nec deficiēte
cauſabor etatē: mūia tua. id ē. debita officia
deuot⁹ iplebo. Quid plura? Chriſt⁹ anteq̄ꝫ
matrē ſuā dilectiſſimā de hoc ſclo necq̄ꝫ eri-
peret: ꝑmiſit ei⁹ incolatū poſt aſcēſionē ſuā
anis q̄ꝫpluri b⁹ ꝓlongari. Sed ⁊ diſcipuli
quē diligebat ieſus. Johānis ſcz euāgeliſte
xp̄o amātiſſimi: incolat⁹ nō ſine ſuo ⁊ alioꝝ
ꝑfectu vſqꝫ ad ānos nonaginta nouē fuiſſe
dinoſcit ꝓlongat⁹. Qd̄ igitur vides deo
placuiſſe in ſuis amātiſſimis: nō eſt ratio q̄
tu idē q̄ruleriſ. Ceteꝝ ſcp̄turiſ teſtātib⁹. a deo
ꝑ ꝟtutiſ actu lōga vita ꝓmittit: ſꝫ vite lōgi-

tudo qñq3 mult3 deuot3 ne eos forte i ſpūa/
lib9 ipediat ſubtrahat: put in libro Sapi
ētie de quodā dicit. Rapt9 ē ne malicia mu/
taret itellectū ei9 .rc. Pro vtroq3 igit caſu
ſiue ſc3 tēpeſtiue ſiue tarde te ɔtingat de me/
dio ſbtrahi: eo ɔſolationē nūc recipias: quo
ſperare habes te fore a deo i meliori tibi ar
ticulo de hoc ſclo neq3 feliciter euocandū.

¶ Secūdus liber cōtinet cōſolationū remedia oportuna cōtra illa turbatiua que opponūtur generaliter paci z trāq̄llo ſtatui. Et habet capl'a. vi


i ¶ De ɔſolatiōe ſup tribulatiōib9 variis
ii ¶ De pſecutiōib9 z ipugnationibus.
iii ¶ De iniuria.
iiii ¶ De exilio.
v ¶ De tormentis illatis.
vi ¶ De tormētis mortē inducentibus.


¶ De conſolatione ſuper tribulationibus variis. ¶ Ca. i.

P Rimo igit de tribulatiōib9 ɔque/
rinō debes: q2 p tribulatiōes mi/
les xpi efficieris: z ſi in pugna vi
ceris: gl'ioſus eris. Ipſe ſiquidē
xps vt iperator ſumm9 de ſeruis z quaſi ru/

ſticis. id eſt. de hoīb⁹ facit aliquos milites:
puta qui ꝓpt ipm ſe diſponūt ad ſuſtinēdū
viriliꝶ tribulatiōes. Qua quidē ratione po
tiſſime in libro Job dicitꝛ. Militia eſt vita
hoīs ſupꝛ trā: Porro tribulatio dilatat cor
hoīs ad magna dei dona recipiēda. Nēpe ſic
martellus aurifabri cogit ſub manu ei⁹ me
tallū extēdi: de quo vas ſuū intēdit operari
Ita ꝑfecto aurifaber toti⁹ creature ꝑ tribu
latiōes ītēdit cor tuū dilatare ⁊ extēdere: vt
in eo plura dona ⁊ bona ſpūalia poſſit pōne//
re: vt cor tuū ſit ꝑcioſiſſimaꝝ ⁊ ſctiſſimaꝝ re
liquiaꝝ xpi: ſcȝ ſancti ſanctoꝝ ⁊ aliorum in
memoriā ad ſolamē relictoꝝ: mōſtrātia ꝑcio
ſa. De qua dilatatiōe cordis humani ītelli
gi pōt illō pſalmiſte. Dilataſti cor meū. Et
illō. In tribulatiōe dilataſti michi. ſ. ad vti
litatē meā. Ceteꝝ ꝑ aquā ī ſcꝑtura tribula//
tio deſignaꝶ: vt cū in Caticȝ dicitꝛ. Aq̄ multe
nō poterāt extinguere caritatē. Vñ tribula
tio ad modū aq̄ vinū tpalis leticie tēperat:
ne īterioris hoīs debili capiti ſcȝ menti ꝑ vi
olētiā vł alio mō noceat. Tribulatio etiā ad
modū aq̄ hoſtes dimergit ſpūales. ſcȝ vitia
⁊ demones. In cui⁹ figura dicitꝛ in Exodō.
Operuit aqua tribulātes eos: vn⁹ ex eis nō
remāſit. Et quēadmodū aqua nutrit piſces

ita tribulatio nutrit eccl'ie fideles: q̄ ſm ꝓ
phetiā dn̄i: ad modū piſciū p petrū piſcato
rē erāt capiēdi. Itē dū hec aq̄.i. tribulatio
eccl'ie erat mag̃: tūc etiā magni erāt piſces.
id ē. ſcti. Per ignē etiā ī ſcptura tribulatio
figurat: dicēte pſalmiſta. Igne me examiaſti
Vn̄ ſicꝰ cera igne mollificat: ⁊ veteri imagīe
depoſita nouā recipit: ſic corda tribulatiōe
emolliunt: ⁊ vetuſtatē vitioꝝ deponūt ac vir
tutū nouitatē aſſumūt. Et ſicut tres pueri
q̄ ligati miſſi ſūt in ignē fornacis inuēti ſūt
ſoluti. Ita etiā ī igne tribulatiōis ↄſtitutꝰ
facile ſoluit a vīculis q̄bꝰ ligatꝰ eſt: ſcꝫ a vin
culis amoris mūdi. Sicut enī p ignē pba
tur auꝝ ⁊ purgat vt ſit puꝝ. Ita p tribulati
ones pbat homo ⁊ a pctīs purgat ac diſpo
nit vt ſit vas puꝝ ad capiendū deū. Inſup
tribulatio pn̄s quā homo patit in terra: eſt
q̄ſi medicina q̄dā a ſūmo medico miniſtrata
Vn̄ Augꝰ. Intelligat hō medicū eſſe deū
⁊ tribulationē medicamētū eſſe ad ſalutem
nō penā ad dānationē. Sub medico poſitꝰ
vreris. ſecaris. clamas. nō audit medicꝰ ad
volūtatē ſꝫ audit ad ſanitatē. Hec augꝰ. Et
pfecto ſicꝰ ī corpalibꝰ: teſte ſcptura: nō eſt cē
ſus ſup cēſū ſalutꝫ corpis. Ita ⁊ in ppoſito
nichil vtiliꝰ cēſendū eſt q̄ꝫ ſit ſalus mentis

Nec triſteris de aſperitate tribulatiōis: qꝛ
hoc ſignū eſt tibi in bonū: ſignū ꝙdē tue ele
ctiōis: ſignūqꝫ diuīe dignatiōis. qua quidē
ob hoc dignāter agit̄ ꝙ ꝑ tribulationē aſpa
ſit via electoꝝ: ne eos magis delectet diu ꝑ
gere ꝙꝫ cit⁹ ꝑuenire. Eſt nēpe ſignū ꝑdeſti=
nationis. De⁹ enī fidelib⁹ ſuis hic multi=
plicit̄ tribulatis aliq̄d meli⁹ reſuauit. Un
de eis dicit ſcrptura. In paucꝭ vexati in mltꝭ
bene diſponent̄: ſcꝫ ſcdm future vite bona
vtiqꝫ pñtib⁹ potiora. Sꝫ ꝛ tribulatio porta ē
regni celoꝝ. Hec ḡ porta dñi: iuſti itrabūt
in eā. Nā ꝛ teſte euangeliſta. Oportuit pa=
ti xp̄m: ꝛ ſic intrare in gloriā ſuā. Unde ꝛ in
actib⁹ aploꝝ. Per mltas tribulatiōes opoꝛ
tet itrare in regnū celoꝝ. Adūte etiā quātū
bonū tribulatiōes ꝛ aduſitates tibi ꝯferūt
qꝛ hoīem ſurſū reſpicere ad deū cogūt: et
ibi ſolatia q̄rere ſuperioꝛa: ꝑ hoc ꝙ hic pre
cludūt iferioꝛa: ſm illud Apli. Que ſurſū
ſūt q̄rite: nō q̄ ſup terrā. Permittit ꝙppe de⁹
tribulari hoīem intēdēs ei⁹ ad ipm ꝯuerſi=
onē. Peccatoꝛ enī in ꝓſperitate ꝯſtitut⁹ ſp
fugit ꝛ a deo auertit̄: quāto ſcꝫ ad bonū cō=
mutabile pl⁹ ꝯuertit̄. Sꝫ tribulatiōe ſibi
īmiſſa reuertit̄ ꝛ ad deū cito ꝯuertit̄: dicēte
dño ꝑ Oſeā ꝓphetā. In tribulatiōe ſua ma-

ne ꝯsurgēt ad me. Mane inq̄t .i. cito siue tē
pestiue vel orto lumine grē. O felix necessi
tas q̄ ad meliora ꝯpellit. Hic ē qđ dic Gre.
Mala q̄ nos hic p̄mūt ad deū ire ꝯpellūt.
Et ps. Multiplicate sūt īfirmitates eorꝫ:
postea accelerauerūt. Nimirꝫ tribłatōes sūt
nūcij dn̄i tui: ad magꝫ bona te vocātes: ⁊ q̄t
q̄t tribulatiōes habes: tot recepisti nūcios
q̄ dicūt tibi accelerādū esse: vt diete cordis
tui nō sint parue: ⁊ vt ī paruis ⁊ caducis nō si
stas. sꝫ amorē tuū ab eis sbtrahas. Nisi enī
essent tribulatiōes: hoīes ipsi⁹ dei obliuisce
rent ꝯteti tpalibꝫ. Vñ tribulatio ē velut ab
sinthiū: q̄ hiq̄ sūt spūalit paruuli a lacte tē
poralis ꝯsolatiōis separant: sic corporalit
paruuli aliq̄ amaritudīe a nutricis lacte so
lēt separi. Cōsidera q̄qꝫ q ignis purgatorij
testāte Augustino: miro mō grauis ē. supat
enī oēm penā quā homo vnq̄ꝫ in hac vita pas
sus est vł pati potest. Tribulatiōes igit sūt
p penis ignis purgatorij tanq̄ꝫ incōpabilit
leuiores hilarit tolerāde: qꝛ p ipsas tribula
tōes debita ad q̄ deo obligam². i. penas peti
debitas possum⁹ q̄ttare: ⁊ pro mensura diuine
acceptatiōis de ꝯpoto abradere. Inter hec
aīaduerte quō latro se ī cruce q̄ttauit: q̄ ad
dexterā iesu ꝑpēdit: hic ꝓfecto qꝛ tormentū

qꝺ ꝓ culpa ſua patiebatur ad honorē creatoris
ſui ↄuertit: ⁊ toto debito ſe q̇ttouit. Inſuper
etiā a ſaluatore audire meruit v̾bū illꝺ dul
ce. Hodie mecū eris ĩ paꝺiſo. Mēorare etiā
⁊ ĩſpice xp̄i paſſionē. ⁊ ĩuenies in tribulati
one ↄſolationē. Vñ Aug⁹. Magna ↄſola//
tio eſt mēbris ex capite. Vñ ⁊ ap̄ls. Si ſu
ſtinem⁹ ⁊ ↄregnabim⁹. Vñ etiā Bern̄. Nūqd
xp̄s a ↄmunioe ſua ſociū tribulatiōis exclu
dit? Secū latro ĩ cruce eadē die fuit ĩ pa//
radiſo. hec Bern̄. Aq̄ g̊ tribulatiōis m̄ltū
debet ſape nob ex quo colata eſt p̱ ſaccū bene
dicte humanitatis xp̄i plenū ſpē b⁹ aromati
cis. Hic nāqꝫ ſacc⁹ in quo habitauit corpa//
liter plenituꝺo deitatis: plen⁹ fuit grē ⁊ veri//
tatis. Nōne aūt ꝑ hūc ſaccū b̄ndictū dicta
aqua colata fuit: quādo xp̄s tāta ⁊ tot ſuſti//
nuit? Vñ ſi aqua illa ſimplex ⁊ pura antea
nob ĩſipida fuiſſet: ex tūc ip̱ ſapida eſſe debe
ret: ↄtracta ſcꝫ p̱ colationē odore aromatico
⁊ ſapore dl'ciſſimo. Deniqꝫ tribulat⁹ ſocios
habet magnos ⁊ plurimos: tales q̄b⁹ dign⁹
nō erat mūd⁹. Pater nr̄ abraā ꝑ m̄ltas tri//
bulationes amic⁹ dei eſt effect⁹. Sic yſaac
ſic iacob. ſic moyſes. ⁊ oēs qui placuerūt deo
ꝑ multas tribulatiōes trāſierūt fideles. ꝑ//
fecto vl' ⁊ tu ꝑ m̄ltas tribulatiōes trāſibis

vel deo nō placebis. Q2 vt dic Aug⁹ null⁹
filius xp̄i ſine tribulatiōe eſt. Et ſi putas nō
habere tribulationes nondū chriſtian⁹ eſſe
cepiſti. Nequaq̄z igit velis vel p̄ſumas eſſe
ſingularis: neq̄q̄z tribulatiōes ↄmūes aliis
z tatis viris aliq ten⁹ verearis. Habet quoq̄z
tribulat⁹ sociū etiā ip̄m deū: qui de tribulato
dicit. Cū ip̄o ſū i tribulatōe. Et rurſū pſal
miſta. Iuxta eſt dn̄s his q̄ tribulato ſūt corde
Vn̄ z Bernar. Quātūcūq̄z ſeuiat tribula/
tio: nō putes te eſſe derelictū: ſ3 memineris
ſcp̄tū ee. Cū ip̄o ſū i tribulatiōe. hec Bern̄
Et ideo hec ſocietas ſecura: gta z delectabil
eſt plurimū affectāda: et pp̄t eā ip̄a tribula/
tio eſt poſtulāda a deo. Vn̄ Bernard. Dn̄e
vellē ſēp tribulari: vt ſp̄ mecū poſſes eē: hec
ille. Nimirū ſi de⁹ eſt mecū in tribulatione:
q̄d ergo requiro ap̄li⁹? Nā nichil aliud aut
pl⁹ q̄z deū meū velle debeo: exēplo illi⁹ ma/
rie magdalene: in cui⁹ p̄ſona dic Origenes
Dn̄m meū ſolū q̄ro: z ipſe ſol⁹ poteſt me cō
ſolari. Sed z valde auar⁹ dicitur cui de⁹ nō
ſufficit. Si aūt ip̄e homo de deo nō ↄtentat
quō de quocūq̄z dono dei iteriori vl exteriori
poterit ↄtentari? Deus itaq̄z qui ↄſolatur
nos in omni tribulatiōe nr̄a: ſufficiēs ē pro
ↄſolatiōe habēda. Qui etiā on⁹ patiētis ſibi

aſſumēs dicet in iudicio his q̄ a ſiniſtris eiꝰ
erūt. Quādiu nō feciſtis vni de minoribꝰ his
nec michi feciſtis. O viſceroſa erga hoīeꝫ ca-
ritas dei: q̄ merito debet oēm hoīeꝫ tribulatū
ꝯſolari Itaqꝫ tribulatio eſt materia ſpūalis
gaudij. ⁊ cauſa diuini ſolatij: qꝛ triſticia tri-
bulatiōis mutat̄ ſeu ꝯuertit̄ ſaltē in bonis
hoibꝰ in gaudiū exultatiōis. Et hec mutatio
in euāgelica hiſtoria apte ītelligit̄ figurata
ꝑ mutatiōnē aq̄ in vinū in nuptijs: qꝛ aqua
tribulatiōis ꝯuertit̄ in vinū ꝯſolatiōis ⁊ le-
ticie ſpūalis: qd̄ vinū letificat cor hoīs Nē-
pe tribulatio orones reddit exaudibiles atqꝫ
ḡtiores. Hic nāqꝫ ꝑ pſalmiſtā dr̄. Ad dn̄m
cū tribularer clamaui ⁊ exaudiuit me. Sꝫ
⁊ ſic̄ a deo plurimoꝝ clamor magis exaudit̄:
ita etiā pari mō ſi vnꝰ homo multa ora ha-
beret: vel ſi oīa mēbra eiꝰ ora eſſent ac ſimul
clamarēt: exauditiōnē apud deū faciliꝰ ob-
tinerēt. Sed ꝑfecto q̄libet tribulatio ē q̄ſi
os clamās in neceſſitatis articlo. Vn̄ ⁊ Pe-
trꝰ Rauen. dicit de lazaro: q̄ tot habuit ora
clamātia: quot habuit vl̄nera. Noſcere etiā
debes o homo tribulate q̄ tribulatio in p̄nti
auget coronā in futuro: ⁊ varietas tribula-
tionū variū ſeu diuerſū fut̄e corone adijcit
ornamētū. Qui eī nō ipugnat̄: nō certat nec

repugnat: qui ẽ͂o nõ certat nõ vicit. Sicut econtra de iusto dic̃ Sapiẽs. Certamẽ forte dedit illi vt vinceret. Deniq; q̃ nõ vicit nõ coronat᷑. Igit᷑ seq̃tur istud pauli. Nõ coronabitur nisi q̃ legitime certauerit. Et ꝓporcionalit᷑ seq̃tur ex his dictis. ꝙ quãto q̃s pluries ĩpugnat᷑: tãto pluries poterit eẽ victor: ⁊ q̃ tãto pluries est victor: tãto magis meret᷑ coronari. Queadmodũ econtra dic̃ Bern̄. Si patiẽtia nr̃a crudeli miseratiõe minuit᷑ paulatĩ gẽmis corona nr̃a priuat᷑. Cõmunit᷑ ergo malleo tribulatiõis fabricat᷑ corona iustis tribulatis. Qui enĩ iustos tribulãt: coronã eis fabricãt. Qd̾ etiã q̃nq; fit nõ apte eis ĩ faciẽ ꝑsequẽdo: ſʒ occulte q̃si a tergo ꝑ detractionẽ malleo lĩgue ꝑcutiẽdo. Queadmodũ ob h̄ dixisse videt᷑ Psalmista. Sup dorsũ meũ fabricauer̄t pctõres. Vñ Jacobus de tẽptatõ tribulatiões ⁊ pacient᷑ sufferente dicit. Btũs vir q̃ suffert tẽptationẽ: q̃m cũ ꝓbat᷒ fuerit accipiet coronã vite. ⁊c̃. Porro B͠ꝛ. plura de pmissis q̃si recapitulãs dic̃ Hec est via vite tribulatio pn̄s: via gl̃ie. via ciuitatis habitaculi: via regni. Gloriemur ĩ tribulatiõe: ĩ ea siq̇dẽ spes gl̃ie. imo ⁊ ĩ ipsa tribl̃atiõe gl̃ia ↄtinet᷑. sic̃ spes fruct᷒ ĩ semĩe In hũc modũ regnũ dei ĩtra nos est: thesau-

malleo.

nus ingēs ī fictili vaſe: in agro vili. Cū ipo
ſū in tribulatiōe ait dñs. Et cur aliūd ite᷑ q̄
tribulationē querā? Michi deo adherere
bonū ē. Quis eī ſuſtineret: q̄s ſbſiſteret ſine
eo? Bonū ē mihi dñe tribl'ari dūmō ipe ſis
mecū: q̄ꝫ regn̄re ſine te: epulari ſine te: ſine te
gl'iari. Bonū michi ī tribulatiōe: magꝭ āple
cti te in camino ⁊ habere te mecū: q̄ꝫ eē ſine
te vel in celo. Quid trepidam⁹. q̄d cuncta//
mur: q̄d refugim⁹ hūc caminū: ſeuit ignis.
ſꝫ dñs nobiſcū ē in tribulatiōe. hec Bern̄.

¶ De perſecutiōib⁹ ⁊ īpugnatōib⁹. c. ii

P Ro ꝯ īmpugnatiōib⁹ ⁊ pſecutiōib⁹
nō grauēris: ſed ad xp̄i exēplū ⁊ facta
patrū precedentiū recurrens ꝯſoleris. Et
p̄mo oīm ad ipſi⁹ xp̄i exēplū recurram⁹ Hoc
enī admonet Apl'us dicēs. Recogitate eū
q̄ talē ſuſtinuit a pc̄tōrib⁹ aduerſus ſemet//
ipſū ꝯtradictionē. vt nō fatigemini in ani//
mis vr̄is deficiētes. Recurram⁹ ꝯiꝯ ad pa
tres volūtarie ꝑpt̄ xp̄m paciētes. Vn̄ Gre.
Facta precedentiū patrū ꝯſiꝯrem⁹. ⁊ non
erūt grauia q̄ toleram⁹. Vn̄ ⁊ Hieronym⁹.
Quis ſctōꝝ paciētia coronat⁹ nō eſt a cuna
bulis eccl'ie. Sꝫ ⁊ ſine exceptiōe dic̄ apl's
Oēs qui pie viuere volūt in xp̄o: pſecutio//
nē paciūtur. Nec nouis tant⁹ exēplis inſi//

ſtēdū: admonet nos etiā apl'ſ iacob⁹ dicēs
Exēplū accipite fr̄es exit⁹ mali ꝛ lōganimi-
tatis: laboris ꝛ paciētie ꝓphetaꝝ: q̄ locuti
ſūt innoīe dn̄i. Ecce btificam⁹ eos q̄ ſuſti-
nuerūt. Et o ſi noſceres hō q̄d honoris: q̄d
valoris afferret pati ꝓpt deū ꝑſecutiones:
vtiq̄ʒ ip̄as pati velles ꝛ affectares ſi nō deſi-
peres. Nimiꝝ q̄ ip̄as ꝓpt iuſticiā paciūtur
a dn̄o bti p̄dicatur. Beati inq̄t q̄ ꝑſecutio-
nē paciūtur ꝓpt iuſticiā. Magna prorſus
ꝯſiſtit tribulatio in btitudine: et ad magnū
honorē ꝑſecutiones patiētiū p̄dicauit dn̄s
ipſos beatos eſſe. Ad magnū quoq̄ʒ valorē
deſignandū ſbiūgere curauit. Qm̄ ipſoꝝ ē
regnū celoꝝ. Nimiꝝ nichil mai⁹ poteſt eſſe
q̄ʒ regnū celoꝝ. in q̄ veracit̄ includit̄ deus
ipſe. q̄ ſm̄ Anſel. mai⁹ bonū excogitari non
poteſt. Sʒ ꝛ reproboꝝ malicia ꝯfert plīmū
ipſis bonis. Vn̄ Greg. Abel eē renuit: quē
malicia cayn nō exercet. Ferrū quippe mētiſ
nr̄e ad acumē nō pt̄ ꝑuenire ſb̄tatiſ. niſi hoc
eraſerit lima ꝑuitatiſ. Et iteꝝ. Mala repro-
boꝝ bonos dū cruciāt purgāt: vtilitati etiā
iuſtoꝝ militat ptās prauoꝝ. Vn̄ ꝛ Origēs
Tolle aſtutias diaboli: nec erit victorie coro-
na legitīe certāti Si deſūt obſiſtētes nō erūt
agones: nec victorib⁹ munera ꝑparant̄. Nō

ſolū ꝙ bonis vtit᷑ deꝰ ad opus bonū: ſꝫ etiā
malis. Sūt vaſa ad honorē: ſūt ad ↄtume/
liā: vtraqꝫ tamē neceſſaria. hec Origenes.

## ¶ De iiuria. ¶ Ca. iii.

D Enicꝫ ſi vis ↄſolari ſup̲ iiuria tibi il/
lata: recurre ꝗꝫ toti⁹ mēte ad pctā p te
ꝑpetrata. Vñ Greg⁹. Lūc illata ↄuītia bñ
toleram⁹. cū i ſecreto mētis ad mala ꝑpetra
ta recurrim⁹. Leue ꝗppe videbit᷑ ꝙ iiurias
patimur: dū in actiōe nrā ↄſpicim⁹ ꝙ peius
eſt qđ meruim⁹. hec Greg⁹. Et pfecto bene
dicit. Cōſiderato nāqꝫ ꝙ iiuria nob illata
iſufficiēter correſpōdet pctis: merito gaude
mus ꝙ de reſiduo parcit᷑ nob. Quis eni vel
iuſto dei iudicio. priuād⁹ vtroqꝫ oculo: non
merito gauderet relicto ſibi vno: altero a nō
ſuo iudice iiurioſe ſibi ablato? Attēde etiā
ꝓ ↄſolatiōe tua. ꝙ ſcđm Aug. iuſtus paciē/
ter tolerans iiuriā: celeſtē meret᷑ coronā. Et
illud qđ ſb diſiūctione ꝓmittit᷑ p Chryſo/
ſtomū dicentē. Quicqd a ꝗlibet hoim paſſi
fuerim⁹ iniuſte: aut remiſſionē accipiemus
oim peccatoꝝ: aut ſi tāta in nobis delicta nō
fuerit: clarioꝛib⁹ honorabimur coronis. hec
Chryſo. Et vere magnū eſt. remiſſionē oim
pctōꝝ accipere. Sꝫ maximū eſt clarioꝝ co/
ronaꝝ celeſtiū gaudijs abūdare.

¶ De exilio. ¶ Ca. iiii.

CEteꝝ de expulſiõe a pr̃ia in exiliũ nõ
queruleris dicẽs forte: qȥ poeta teſtã
te dulce eſt natale ſolũ. ſȝ ꝯſolatiõis expul//
ſoꝝ de pr̃ia viã diſce ⁊ modũ: videlicet vt hõ
de pr̃ia iudiciũ mutet: ⁊ nõ tantũ natale ſolũ
ſed totũ mũdũ patriã iudicet: vel magis nõ
ſolũ locũ in quẽ exilio relegat⁹ eſt: ſed ⁊ ter//
rã de qua ſm carnẽ nat⁹ eſt ⁊ totũ mundum
exiliũ reputet. Vñ Hugo. Virtutis prĩci//
piũ eſt vt diſcat paulatĩ exercitat⁹ anim⁹ vi
ſibilia hec ⁊ trãſitoria ꝯmutarẽ: vt poſtmodũ
poſſit derelinq̃re. Delicat⁹ miles eſt ille ad//
huc cui pr̃ia dulcis eſt. Fortis autẽ iã cui oẽ
ſolũ pr̃ia eſt. Perfect⁹ vero cui mũd⁹ totus
exiliũ eſt. Vñ Seneca. Patriã meã trãſire
nõ poſſũ: oĩm hoĩm vna eſt pr̃ia. Extra hanc
nemo ꝓijci poteſt: nõ patria michi interdicit
ſȝ loc⁹. In quãcũq; terrã venio ĩ meã venio
Nulla tr̃a exiliũ eſt: ſȝ altera patria eſt. vbi//
cũq; bene eſt. Illud aũt ꝑ qd̾ bene eſt ĩ hoĩe
nõ in loco ẽ. Si enĩ ſapiẽs eſt ꝑegrinatur: ſi
ſtult⁹ exulat. hec Seneca. Et ecce q̃modo iu
xta verbũ hugonis ꝯmutat vocabula. Nã
ĩ exiliũ miſſionẽ: vocat ſapiẽs ꝑegrinationẽ
expulſionẽ ꝯcedit de loco ſȝ negat de patria
vt ſic manere in patria ſit ad conſolationẽ.

Locus ergo de quo quis proijcitur ſiue terra nō erit patria eius reputāda: ſed cenſenda eſt patria poti⁹ locus ille de quo ſcitur ho//mo nō exterior ſed interior oriūdus. Homo autē interior nō eſt de quocūq; hui⁹ mundi loco oriūdus. Ideo nullus hui⁹ mūdi locus pro patria ſed tot⁹ iſte mūd⁹ pro exilio eſt habēdus: ⁊ alter ab eo locus pro patria a quo nemine quis expellit eſt cenſendus.

## ¶ De tormētis illatis. ¶ Ca. v.

DEmū tormēta gaudent ſūt tolerāda: q2 idē ſperant delitie īmēſe: nō ſolū in duratiōe ppetua: verū etiā in delitiarū copia Hinc eni de iuſtis ſcriptura dicit. Si corā hoib⁹ tormēta paſſi ſūt: ſpes illorū īmorta//litate plena eſt. In paucis vexati in multis bene diſponent. Ad ↄſolationē itaq; habēdā in tormētis: ſufficiat nūc illa ſpes īmor//talis ↄſiſtens in delicijs copioſis: quā ſpem ſeq̇tur res tūc cū btōrū corpora ſeu corporū mēbra nūc tormētis afflicta: multis delicijs bene. i. ſuauit diſponētur: quādo iuxta cer//tū ꝓpheticū teſtimoniū ↄtinget delicijs affluere ab omnimoda gloria eius.

## ¶ De tormentis mortem inducentibus. ¶ Caplm. vi.

Et nec tormēta etiā mortē inducētis
timeas. ſȝ potiꝰ in eis ꝯſolationē ac-
cipias. Un̄ Thomas de aq̄no. Si q̄s mortē
illatā patiēter ſuſtineat: etiā ſi ꝑ aliq̄bꝰ cri-
minibꝰ ſit illata: valet ad diminutionē pene
⁊ ad liberationē etiā a tota pena ſm̄ quātita
tē culpe ⁊ patiētie ⁊ ꝯtritiōis. hec ille. Nec
ꝑ xp̄o mori trepides q̄ ꝑ te mori nō dubi-
tauit. Ip̄e quidē q̄ non tenebat: tu vero qui
teneris. Ipſe ſm̄ Bernardū. eſt ⁊ ſpeculū
patiendi: ⁊ premiū paciētis: vtrūq; ꝓuocat
fortiter ⁊ vehemēter accēdit. Profecto int̄
p̄cioſas ſctōꝝ mortes p̄cioſius eſt martiriū
vtpote preſentia xp̄i ꝯſecratū pariter ⁊ per
eū ꝯſummatū. Un̄ Ciprianꝰ. O btī marty
res quibꝰ vos laudibꝰ predicē. O milites
fortiſſimi vſq; ad glorie conſummationē nō
ceſſiſtis ſupplicijs: ſed potiꝰ ſupplicia ceſſe
runt vobis: finē doloribꝰ quā non dabant
tormenta dedit corona. O quale deo fuit
iſtud ſpectaculū: q̄ȝ ſublime: q̄ȝ magnum: q̄ȝ
precioſum: q̄ȝ acceptū. q̄ȝ letus illic chriſtꝰ
affuit: q̄ȝ libens in talibꝰ pugnauit ⁊ vicit.
hec ille. Et ideo vt dicit Iohes epiſcopus
Cōſiderate cū hoſte pugnare p̄ſente deo: fa-
uet vt obtineas: cū pugnas dn̄s cōgredi-
tur et victoria tibi aſſcribitur.

¶ Tertiꝰ liber cõtinet remedia opor=tuna cõtra turbatiua que opponũ=tur cõmodo z q̃eti. Et habet capl'a. x

i ¶ De inquietudine temptationũ.
ij ¶ De diaboli impugnationibus.
iij ¶ De carnis tẽptationibus.
iiij ¶ De mũdi tẽptationibus.
v ¶ De difficultate deſerendi vitia z de/lectatiões: z acquirẽdi virtutes.
vi ¶ De afflictionibus et moleſtijs.
vij ¶ De penalitatibus.
viij ¶ De flagellis dei.
ix ¶ De incõmodo vel difficultate pñie.
x ¶ De peregrinatione.

De iquietudine tẽptationũ ¶ Ca. i.

PRimo ergo de tẽptationibus nõ graueris. ſed ꝯſidera ꝙ tẽptari ẽ paſſio ineuitabilis: z ſic de neceſſitate virtutẽ facies leuiꝰ magiſq; libẽter tolerabis. Vñ Augꝰ. Premonitos vos eſſe volo neminẽ ſup terrã ſine tẽptatiõe victurũ. Specialit̃ autẽ ꝯmunis deo ſuire icipiẽtibꝰ. Vñ eccleſiaſtico. Fili accedẽs ad ſuitutẽ dei: ꝑpara aiam tuã ad tẽptationẽ. Et maxime ꝯmunis eſt deo acceptis: ſicut ſignũ precioſum diuine dilectionis. Unde

āgel⁹ Thobie dixit. Qꝛ acceptꝰ eras deo ne
ceſſe fuit vt tēptatio ꝓbaret te. O ſignū rei
optīe: tāte dignitiōis diuīe: tāte dilectiōis ꝛ
grē: ſignū etne felicitatꝫ firmiſſime ſperāde
Ideo etiā tēptatio te ɋ̄uare nō debet q꞉ mlta
bona efficit. Nā tēptatio erudit. Vn̄ eccl'ia
ſticꝰ. Qui nō ē tēptatꝰ q̇d ſcit? Qui nō ē ex
pertꝰ pauca recognoſcit. Tēptatiōe humi
litas ꝑficit. Vn̄ Gregꝰ. Tēptationē humi
litas ꝑficit: q̄ mentem ab elatione cuſtodit.
Tēptatio virtutes cuſtodire facit. Vn̄ idē
Gregꝰ. Beati viri tanto robuſtiꝰ acceptam
glīam ꝟtutū cuſtodiūt. quāto tēptatiōis im
pulſu ɔcuſſi īfirmitatē ſuā hūiliꝰ agnoſcūt.
Tēptatio virtuti adijcit. Vn̄ Sen. Mul
tū adijcit ſibi ꝟtꝰ laceſſita. Et ecōtra. Leo
papa. Nulla ſūt inq̇t ſine tēptationū expi
mētis oꝑa virtutis. Tēptatio iuſtos ꝓbat.
Vn̄ eccl'iaſticꝰ. Vaſa figuli ꝓbat fornax: ꝛ
hoīes iuſtos tēptatio Tēptatio ꝓbatā fidē
magnificat. Vn̄ Petrꝰ. Modicū nūc ſi o
portet ɔtriſtari ī varijs tēptatiōibꝫ vt ꝓba
tio fidei vr̄e p̄cioſioꝛ ſit auro qd̄ ꝑ ignē ꝓbat.
Tēptatio ꝑſerti patiētꝫ pplm edificat. Vn̄
de Thobia dr̄. Hanc tēptationē ideo ꝑmiſit
deꝰ euenire illi vt poſterꝫ daret exēplū patiē
tie illiꝰ. Tēptatio in futuro coronat. Unde

Jaco. Btũs vir q̃ ſuffert tẽtationẽ. qm̃ cum
ꝓbat⁹ fuerit accipiet coronã vite: quã repro
miſit de⁹ diligẽtibus ſe. Ecõtra ad ſenſum
ↄtrariũ dicit Aug⁹ Profect⁹ nr̃ per tẽpta-
tionẽ nr̃am fit: nec ſibi q̃ſquã inoteſcit niſi
tẽptat⁹: nec poteſt coronari niſi vicerit: nec
poteſt vincere niſi certauerit: nec poteſt cer
tare niſi inimicũ ⁊ tẽptatiões habuerit Por
ro diabol⁹ tẽptat vt ꝑuertat: caro tẽptat vt
alliciat. mũd⁹ tẽptat vt decipiat: homo tẽ-
ptat vt ſciat vl' expimẽtũ capiat. Sed teſte
Jacobo: de⁹ intẽptator malorꝫ eſt: ipſe eñ
neminẽ tẽptat tẽptatione ſcꝫ malorꝫ aliorũ:
Tẽptat tñ nõ quidẽ frauduleñter ſꝫ ſalubrit
Alit eñ ꝓpheta dauid nõ dixiſſet. Proba
me dñe ⁊ tempta me: vre renes meos ⁊ cor
meũ. Tẽptat igit' de⁹ vt ꝓbet. id eſt. vt ꝓba-
tos oſtẽdat ⁊ remuneret. Sane de⁹ reſpe-
ctiue in paucis tẽptat ⁊ in mlt̄is remunerat
Vñ i libro Sapie. In paucis vexati: i ml't-
tis bñ diſponent': qm̃ de⁹ tẽptauit eos ⁊ in-
uenit illos dignos ſe. Quos igit' de⁹ tẽptat:
ſi dignos eos iueniat: ml't̄is quidẽ tã aiarꝫ
ꝙ corporꝫ bonis diſpoſitionib⁹ remunerat:
⁊ inſup dignis ſe ꝓ mercede ſeipſũ donat: q̃
vtriqꝫ teſte ſcriptura: ẽ merces magnanimis
Si g̊ tẽptat te de⁹ malũ aliq̃d pene indu-

cendo. ſcrutare ſcripturas ⁊ ꝯſolaberiſ. Un̄ in Baruch de deo ſic ſcribitur. Qui idurit vobis mala ipſe rurſus adducet ſempiter-nā iocūditatē cū ſalute veſtra.

## De diaboli īpugnatiōib⁹. Ca. ii.

Eterū de ātiqui hoſtis īpugnatiōib⁹ nō ſolliciteris: qꝛ nō plus tēptare poteſt niſi quantū pmittit̄. Un̄ Aug⁹: Tantū admittitur diabol⁹ tēptare. quantū tibi ꝓdeſt vt exercearis ⁊ ꝓberis: vt q̄ te neſcie-bas: a teipſo īueniaris. hec ille. Uerū ad ꝯ-prehendendū occultas maligni ſpūs inſi-dias: attendendū eſt ſcd̄m doctrinā Gre-gorij: qualia ſuggerat. Quis inq̄t ſpūs ſit q̄ loq̄tur: ipſa ſuggeſtio declarabit. Sēp enī ſpūs naturalis mollia: ſpūs mundi vana: ſpūs malicie amara loq̄tur. Eſt ⁊ leue cōtra inſidias diaboli paratū remediū: qđ tradi dit magn⁹ ſanct⁹ Antoni⁹. Uarias inquit demonū no'tis īſidias credulitatē nois xp̄i veſtris figite mentib⁹: ⁊ vniuerſi demones fugabātur. Deniq; hi qui tēptātur a diabo-lo: ſi viriliť reſiſtūt: deo ⁊ āgelis ſpectaculū ſunt: ⁊ coronā a deo habebūt. Un̄ Hierony. Deus ipſe oīm rector ⁊ dn̄s: cū omni āge-loꝝ militia certamen tuū expectat. tibiq; cōtra diabolū dimicanti parat eternitatis

corona͂. Un͂ ⁊ dn͂s ad antoniu͂ te͂ptationib⁹
ſupatis ait. Antoni hic era͂: ſ3 expectaui vi
dere certame͂ tuu͂: nu͂c au͂t q2 virilit᷑ dimica
ſti: in toto orbe te facia͂ nominari.

## De te͂ptationib⁹ carnis Ca. iii.

Rurſu͂ ſi bonu͂ q͂d de te͂ptato͂ib⁹ carnis
⁊ vniuerſalit᷑ de vitioꝝ i͂pugnatione
ſequit᷑ ſcires: no͂ ta͂tu͂ q̄rulari deberes. Pro
fecto i͂de ſequit᷑ hu͂ilitas: que eſt vnu͂ de ma
ximis bonoꝝ acceptu͂ apud deu͂: ⁊ ꝑ eu͂ re
munerandu͂. Un͂ Gre. Cu͂ te͂ptamur vitijs
diuia diſpe͂ſatio͂e nobiſcu͂ agitur: ne d virtutib⁹
quib⁹ ꝓficim⁹: extollamur. Et itez. Hierl͂m
iebuſeu͂ tolerat: vt humana me͂s de ſe hu
milia ſe͂tiat du͂ minima no͂ ſupat. Un͂ ⁊ ap͂lus
Paul⁹. Ne magnitudo reuelationu͂ extol
la me: dat⁹ eſt michi ſtimul⁹ carnis mee an
gelus ſathane q̄ me colaphizet Inſuꝑ ꝓ tua
in te͂ptatio͂ib⁹ ꝯſolatione: cogita ⁊ co͂ſidera
q͂ in pugna tua ꝯtra carne͂: de⁹ te inſpicit: ⁊
adiuuat: ⁊ tande͂ vincente͂ remunerat. Unde
Aug⁹. Conatu͂ tuu͂ nouit de⁹. ⁊ voluntate͂
tua͂ inſpicit. ⁊ lucta͂ cu͂ carne ꝯſiderat ⁊ hor
tat᷑ vt pugnes: ⁊ adiuuat vt vicas: ⁊ certa͂te͂
ſpectat: ⁊ deficie͂te͂ ſbleuat: ⁊ vince͂te͂ coronat

## De mu͂di te͂ptationib⁹. Ca. iiii.

SI vero mūdi tēptatiōibꝫ: ꝛ eiꝰ vanitatibꝰ ĩfeſtaris. recurre ad ea q̄ ſup̄ ĩ libello p̄mo de felicitate mūdana ac ꝓſpitate ꝛ fortūa ſūt ſcp̄ta: ꝛ ꝓcul dubio ꝯſolatꝰ eris

## De difficultate deſerendi vitia ꝛ delectationes: et acquirendi virtutes. Ca. v.

PReterea ꝯtra vitioꝝ delectatiōes fortitudine te accīgas: ꝛ eas tanq̄ꝫ viles generoſo aīo ꝯtēnendas viriliter deſeras ꝛ abijcias. Vitioꝝ enī delectatiōes ſi q̄ ſunt ꝯtēptibilē faciūt et totalr̄ ꝯfundūt: ꝛ ideo deteſtāde et facile deſerēde ſūt. Deniq̄ꝫ ſic cor virtuoſū ꝯparabile eſt celo. qꝺ deꝰ inhabitare dignat̄. deꝰ inq̄ꝫ quē vt dicit Hieronymꝰ: nō auro tēpla fulgētia: nō gēmis altaria diſticta delectāt: ſꝫ aīa virtutibꝰ ornata Cuiuſmodi aīam bene celū vocat. Sic ꝑ oppoſitū cor vitioſū nō abſurde infernꝰ dr̄. Nā ad modū ĩferni eſt habitatio demonū hn̄s ad modū ĩferni tn̄bras ignorātie: ignē praue ꝯcupiſcētie ꝛ vmē remordētiſ ꝯſciētie Tale cor hn̄tes ĩfernū ꝑoccupāt: q̄ſi timeāt ꝙ ad ipm nimis tarde ꝑueniāt. Et ideo vitioꝝ delectatiōes q̄ cor hoīs calefaciūt: et ad futuras penas ĩtolerabiles pariter ꝛ iter-

minabiles diſponũt: ſũt facilik deſerẽde. Et certe ↄſtat q etiã prorſus digne. Igik merito nõ debes tereri de difficultate deſerẽdi vitia ⁊ aggrediẽdi vtutes. Qr vt dic Greg⁹ Si forti nos ſtudio ↄtra vitioꝝ tẽptamẽta ſtringim⁹. etiã ipa vitia ad vſũ virtutꝫ imutam⁹. Et primũ q̇dẽ oportet vitia deſerere et deinde virtutes acq̇rere. Quia vt dicit Aug⁹. Mẽs nõ poteſt habere regimẽ vtutũ: niſi pri⁹ excuſſerit iugũ vitioꝝ. Deniqꝫ nõ turberis ex hoc q mala pateris: ſꝫ poti⁹ inde ↄſoleris: cũ mala pati nõ ſit modica portio bone vite. Nẽpe bona vita nõ ẽ bñ valere ſed poti⁹ in malo pati ↄſiſtit. Vñ Bernar. Bonã vitã ego puto ⁊ mala pati ⁊ bona facere: ⁊ ſic pſeuerare vſqꝫ ad mortẽ. Dicit vulgo: q q̇ bene ſe paſcit: bene viuit: ſꝫ mẽtita eſt iniq̇tas ſibi. Hec Bern. Sane de malis q̇ ſuſtines eo turbaris: qꝛ illa mala eſſe opinaris. Et ideo ſi ea nõ eſſe mala didicerꝫ: nõ reſtat niſi vt ↄſoleris. Sup q̇ audi Ambroſiũ dicentẽ. Mala nõ ſũt q̇ nec crimĩe mẽtẽ iplicãt: nec ↄſciẽtiã ligãt. Vñ paupratẽ ⁊ ig bilitatẽ: egritudinẽ et mortẽ nemo ſapiẽs mala dixerit: nec ĩ maloꝝ ſorte nũerauit Audi ⁊ Vicẽtiũ hiſtoriographũ. His inq̇t qui ſcd̃m ꝓpoſitũ dei vocati ſũt ſancti: ma-

gna debet eſſe ꝯſolatio: etiā in pn̄ti ꝯ multi
plicē hui⁹ vite miſeriā: qꝛ ⁊ in hac vita dili
gētib⁹ deū oīa cooperant̄ in bonū bona ⁊ ma
la: et in futuro nichilomin⁹ hec omīa coope
rantur in gloriā.

## ¶ De afflictionib⁹ ⁊ moleſtiis. Ca. vi

CErteꝫ ex hui⁹ vite moleſtijs preſertim
multiplicatis: ad magnū bonū ſcꝫ ad
mūdi contēptū ꝓmoueberis: ⁊ requiē in deo
q̄rere ſalubrit̄ ꝯpelleris: ⁊ ad ꝑiculoſas mūdi
blādicias declinādas īclinaueris. Vn̄ Greg⁹.
Ecce donis ſuis de⁹ flagella ꝑmiſcet vt nob̄
om̄e qđ nos in ſc̄lo delectabat amareſcat: ⁊
illud incendiū ſurgat qđ nos ſemꝑ ad celeſte
deſideriū inq̄etet ⁊ excitet. atqꝫ vt ita dicā
delectabilit̄ mordeat: ſuauit̄ cruciet: hilarit̄
ꝯtriſtet. Vn̄ ⁊ Aug⁹. Cū moleſtie in huius
vite fragilitate crebreſcūt: et̄nā requiē nos
deſiderare ꝯpellūt. Mūdus quoqꝫ eſt peri
culoſior blādus q̄ꝫ moleſt⁹. ⁊ magis cauen
dus eſt cū ſe allicit diligi. q̄ꝫ cū ſe admonet
cogitqꝫ ꝯtēni. hec Aug⁹. Hui⁹ ḡ vite mole
ſtie nō debent te moleſtare licet ſint inq̄ete:
licet ſint dure: licꝫ ſint aſpere. Vn̄ idē aug⁹.
Spūs deficit vbi caro req̄eſcit. Vt ei caro
mollib⁹. ſic ſpūs duris nutrit̄. Illā blanda
refouent: hunc aſpera exercent.

## ¶ De penalitatib⁹. ¶ Ca. vii.

Porro penalitates ⁊ afflictiões q̄s pa
terꝫ corpe: te affligūt etiā mēte: co ꝙ
mens tua pl⁹ q̄ꝫ oportet corpi ſe ſociat: ⁊ fit
ſpōte ſocia paſſiōis: ⁊ ſic ex tuo vitio venit
ꝙ tibi tā graues ſūt. Si vis ẜ optimū ha-
bere remediū: doctrine Gregorij accōmoda
cor tuū. Si mēs inq̇t forti intentiōe in deū
dirigit: q̇cq̇d in hac vita amarꝫ exiſtimat fit
dulce: ⁊ omne qđ affligit requiē putat. hec
Greg⁹. Vn̄ ⁊ Seneca. Noli mala tua tibi
facere grauiora: ⁊ q̄relis te onerare. Leuis
eſt dolor ſi nil illi opinio adiecerit. Ecōtra
ſi te exhortari ceperꝫ ac dicere: nil ē ac certe
exiguū eſt: durꝫ on⁹ iā deſinet: leue illud dū
putas facies. oīa ex opinione ſuſpēſa ſūt: tā
miſer quiſq̄ꝫ eſt q̄ꝫ credit. Conſidera etiā ꝙ
xp̄s paſſus eſt nobis relinquens exēplū: vt
ſequamur veſtigia ei⁹. Sꝫ que ſūt veſtigia
ei⁹ niſi paſſus ei⁹? Paſſus aūt ei⁹ ſunt eius
paſſiones: q̇b⁹ tanq̄ꝫ paſſib⁹ oportuit eū in-
trare in regnū ſuū. Et ꝑ hoc monemur ꝯmu
nicare xp̄i paſſiōib⁹ in nr̄o corpore repſenta
tis. ſcz ꝑ ipo paſſiōes illatas cū patiētia to
lerādo. Ad qđ faciēdū ⁊ inde gaudēdū hor
tatur nos apl's Petr⁹ dicēs. Cōmunicātes
xp̄i paſſionibus gaudere.

## De flagellis dei. Ca. viii.

Rurſū ɔſolare cū ſuſtines dei flagellū:
q2 eſt tibi ſignū ī bonū. Eſt enī ſignū
diuine ꝓpitiatōis. Vñ pſalmiſta. Deus tu
ꝓpiti9 fuiſti eis: ⁊ vlciſcēs in oēs adinuen/
tiones eoꝝ. Vñ ⁊ ad ſanctū Job. poſtꝗ̄ ſuꝑ
cū plaga venerat: dixit eliphas themanites
Beat9 homo q̄ corripit a dño. Eſt etiā poſt
penitentiā ſignū diuine approbatiōis. Vñ
Amos ꝓpheta in ꝑſona dñi. Tātū mō vos
cognoui ex oīb9 ɔgregatiōib9 terre. Idcir
co viſitabo ſuꝑ vos oēs iniq̄tates veſtras.
Vñ dicit Bern. q̄ ipe ſe vult facere cogno
ſci verberādo q̄ oblit9 ⁊ incognit9 erat par/
cēdo. Eſt etiā ſignū deſiderabile bñficij et
ſalutis. Vñ in libro Machabeoꝝ. Multo
tp̄e nō ſinere pctōrib9 ex ſentētia agere: ſꝫ
ſtatim vltiōes adhibere magni bñficij ē in
diciū. Vñ ⁊ Greg9. Ideo de9 hic quibuſdā
parcit vt in ꝑpetuū feriat. Ideo aūt hic ferit
vt ī eternū parcat. Eſt etiā ſignū: imo pign9
diuine dilectiōis. Vñ ipe ait. Ego q̄s amo
arguo ⁊ caſtigo. Vñ ī eccl'iaſtico. Qui dili/
git filiū aſſiduat ei flagella vt letet ī nouiſſi
mis ei9. Fit enī fili9 patri ꝑ h̄ finalit amabi
lis ⁊ gratū obiectū leticie prīs. Sꝫ et fili9
letabit in ſuo nouiſſimo: q̄ de flagellis con/

triſtabať forſitan in pricipio. Vñ pať ſum⁹ carioꝛes pueros tenet ſp ſb ꝟga aliq̃ diſci// plic: ⁊ flagellat aſſidue: ita vt ꝗcito ab aliq̃ tedio liberanť in aliđ cadāt qđ ſequiť. Nõ enĩ vult hic pať ꝯtra filios oẽs ſagittas ſu as ſimľ iacere: ſ3 magis vnā poſt aliā ſucceſſi ue. Eſt inſup flagellũ dei ſignũ celeſtis regni hereditarie capiẽdi ⁊ poſſidẽdi. Vñ Gre// goꝛi⁹. Ne cõquereraris de verbere dũ neſc3 que te maneāt pmia in retributiõe. Qui rur ſum de flagellat3 loquẽs ait. Niſi heredita tẽ dñs dare diſponeret: erudire eos p vio// lẽtiā nõ curaret. O ꝗ̃ degenerẽ q̃ hui⁹ here// ditatis amoꝛe nõ rapiť. Hec eni hereditas ſolis filijs legitimis reſuať. Sꝫ q̃ filij legi timi ſint capaces heredıtat3 dñi: oſtẽdit a// poſtol⁹. q̃ de filijs legitimis tāq̃ȝ de veris lo// quẽs heredibꝫ. Dñs inq̃t flagellat oẽ3 filiũ quẽ recipit. i. quẽ receptur⁹ eſt ĩ hereditatẽ etnā. Oẽm inquā etiā vnicũ: q̃ ſine oĩ pctõ eſt. Attẽde aũt ꝙ nõ ait. oĩs q̃ flagellatur fi// lius eſt. ſed oĩs filius flagellatur: aliť enim nullus recipiť. Si ergo exẽpt⁹ es a paſſiõe flagelloꝝ: exẽptus es a numero filioꝝ. Qui eni flagellat vnicũ ſine pctõ: nõ relinq̃t adop tiuũ: q̃ eſt cũ pctõ. Vnic⁹ ſine peccato: nõ tamẽ ſine flagello: exemplũ nobis propoſuit

in paſſionib⁹ ſuis: ⁊ ideo ſi nolum⁹ exheredi
tari: nō timeam⁹ flagellari ꝯmunicando xp̄i
paſſionib⁹ in nr̄o corpoꝛe repn̄tat̄; ac pſeue
rādo in diſciplina ⁊ paciēter ferēdo eā. Di
ſciplina enī dei ē carta dei. data filijs adopti
uis ꝙ ſint heredes: coheredes aūt xp̄i. Hoc
qꝫ ad ꝯſolationē ptinet caſtigati: ꝙ ſe ex cul
pa recognoſcit merito caſtigari. Si eī fres
ioſeph caſtigati dicebāt. Merito hec pati
mur: qꝛ peccauim⁹ ī fratrē nr̄m: q̄d iudicādū
ē de ceterꝭ filijs hoīꝫ. Nūq̄d ⁊ nō illi dictu
ri ſūt: qn̄ a deo ꝓ culpis ſuis caſtigant̄: me
rito hec patimur: qꝛ peccauim⁹ in deū ⁊ in
ꝓximū nr̄m. Vn̄ Greg⁹. Facilis eſt ꝯſola
latio ſi int̄ flagella q̄ patimur ad memoriam
delicta reuocam⁹. atqꝫ hec iā nō flagella ſꝫ
dona eſſe ꝯſpicim⁹. Si q̄ carnis delecta
tione peccauim⁹. carnis dolore purgamus
hec Greg⁹. Sed q̄s in ꝯſideratiōe donoꝝ
nō reciperet ꝯſolationē. Attēde etiā q: iumē
tū pcuſſū agnoſcere videt̄ ꝙ idcirco pcutiat̄
vel qꝛ nimis lēte ꝓgredit̄ ⁊ ob hoc greſſum
accelerat: vel qꝛ ad viā redire debeat a qua
errabat. Attēde ḡ ꝙ ideo flagellaris ne ſtes
in via ſꝫ celeri⁹ ꝓgrediaris. Queādmodū de
q̄buſdā pſalmiſta ait. Mltiplicate ſūt īfir
mitates eoꝝ poſtea accelerauerūt. Nēpe vt

ait. Bernar. ī via dei nō ꝓgredi retrogredi est. Sꝫ et digne accelerat ad terminū qui est hoīs summū bonū. Rursum intellige ꝙ ideo flagellaris q2 deui9 error te abduxit a via dei: a via solaris pulcritudis: ꝛ ꝑ flagella reduceris. O felicia flagella q̄ hoc operant Nā ꝛ via ad quā reducūt ē vtiqꝫ felicissima

## ¶ De incōmodo penitētie. Ca. ix.

Etē sup penitētia ꝯsolare: q2 ipsa mētē munit ꝛ roborat: ac ī tāta animū hoīs ꝯstituit securitate ꝙ facit eū morte q̄ oīm terribiliū finis est nō timere: ꝛ aīm sic animat ꝙ paratū reddit hoīem ꝛ in carcerē ꝛ in morte ire. De qua pfecto aīatione vna cū aliis penitētie laudib9 dic Cyprian9 O penitētia oīa tu soluis: oīa aduersa tu mitigas. oīa ꝯtrita tu sanas: oīa despata tu aīas Oia inquit tu soluis. scꝫ pctōꝝ debita. Oia aduersa tu mitigas: scꝫ ꝯsideratiōe culpaꝝ ꝓpter quas sunt merito sustinēda. Oia cōtrita tu sanas: scꝫ corda per pctā vulnerata ꝛ ob hoc ꝯtrita. Omia desperata: scꝫ corda hoīm desperātia pre pctōꝝ multitudine tu aīas salutis ꝓmissione. Unde dic Bernar. Qui pfecte senserit on9 peccati ꝛ aīe lesionē aut paꝝ sentiet: aut ex toto nō sentiet corporis penā: nec reputabit laborē quo pctā me-

ruit delere preterita et cauere futura. Agnoſce
etiā dei habitudinē ad hoīem vere penitētē
et nō erit tibi graue penitētiā agere. Unde au
di Aug. Juſticia inquit de celo proſpexit tāquam
dei diceret. Parcamus huic quia ipſe ſibi nō pep
cit: ignoſcamus quia ipſe agnoſcit. Conuerſus est ad
penitendū peccatum ſuū: conuertar et ego ad libe
randū eū. hec Aug. Sed quid eſt ignoſcere:
niſi quaſi apostolus nō cognoſcere. Si vis ergo peccatā
tua diuine noticie quodāmodo ſubtrahere: et
ipſorum in deo obliuionē ad nō imputandum
inducere: ipſe agnoſce quod peccaueris et deo
propitio libereris.

## De peregrinatione. Ca. x.

Pemū noli contriſtari de peregrinatiōe:
quia deus peregrinatiōis ſtatū legitur perſua
dere. Unde dicit ad Abraā. Egredere de
terra et cognatiōe tua et de domo patris tui: et ve
ni in terrā quā mōſtrauero tibi. Et ad yſaac
Quieſce inquit in terra quā dixero tibi et pere
grinare in ea. Attēde etiā quod verbis yſaac di
ctis deus ſubiunxit. Eroque tecū et benedicā tibi
Sed et poſt verba dicta abrae. Benedicā tibi
inquit: et magnificabo nomē tuū. Et profecto dei
aſſociatio et benedictio ipſa diuina: ac noīs ma
gnificatio repromiſſa: pacē cordis et conſolati
onē ac per conſequens commodū hoīs iternū magni

fice opa?. Ne timeas pegrinationis incō//
modū q in necessarijs deficias: ſed iacta co
gitatū tuū in dn̄o ꝑcipue in pegrinatiōe: et
ipe te enutriet: imo te amabit: q2 nō eſt ipo
tēs in hac valle miſerie: vel in quacūq3 ei9
parte te enutrire z tibi i neceſſarijs puidere
Audi de h deo mandāte z loquēte. Deute//
ro. ca. xiiij. Peregrino inqt qui itra portas
tuas eſt da vt comedat. Si ergo ſic de9 mā
dauit de te in tēpore pegrinatiōis tue: ꝯfi//
das q te nō deſerat: ſ3 ſiue p ſe ſiue p alios
paſcet te: parit z veſtiet. Audi itidē ibidē
loquentē. De9 inqt magn9 z potēs z terribi
lis amat pegrinū: z dat ei victū z veſtitum.
Et vos g amate peregrinos: q2 z ipſi fuiſt3
aduene in terra egypti. Ecce quō amat de9
peregrinū: quē z p alios amari mādat: vtiq3
p effectū q̄lē z ipe amorē habet ad illū: dās
ei victū z veſtitū. Sane pa? eſſet hoc itel
ligere ſcd̄m corp9 tantū de victu et veſtitu
exteriori: cū pl9 de9 amet aīas que indigēt
interiori victu ſc3 verbi a deo inſpirati et
veſtitu vario multiplicis habit9 virtuoſi.

Quart9 liber cōtinet cōſolationū re
media oportūa cōtra turbatiua illa
que opornūtur glorie z honori. Et

¶ Liber
habet capl'a .xi.

i ¶ De carentia glorie ⁊ honoris inanis.
ij ¶ De deriſione.
iij ¶ De deſpectione et ꝯtemptu
iiij De humiliatione ab alijs.
v ¶ De ꝓpria humiliatiōe ad pctōꝝ ꝯfeſſionē.
vi ¶ De verecūdia in confeſſione.
vij ¶ De confeſſione vel faſſione criminis in publico.
viij De detractione ⁊ infamatione.
ix ¶ De ſuſpicione maloꝝ.
x ¶ De opprobrijs et contumelijs.
xi ¶ De confuſionibus.

¶ De carentia glorie et honoris inanis. ¶ Ca. i.

P Rimo igit̄ noli querere īani glīa paſci vel īpugnari: quā falſa triſticia mortis ⁊ ꝓximo imminētis ſua amaritudine inſipidā reddit. Nā ſi nō queris: nec inde ſi carueris triſtaberis. Porro mors imminēs vel inopinate nata: ꝯputare vitā haud dubiū: oēm gloriā: ne dicā īſipidā: ſ3 ⁊ prorſus ſpnēdā reddit Ueꝝ qđ merito ſpernendū oīm ſentētia iudicatur: de illi⁹ carētia vel amiſſione poterit q̄s facile cōſolari. Certū eſt etiā q̄ fallax eſt

gloria et vana eius qualiſcūq; pulcritudo: cuius periodus nimiū breuis oſtenditur: dū ſummus pōtifex coronatur. Tunc enim ſtuppa in altū proiecta accenditur: ⁊ dū ſic accenſa ꝯtinuo ꝯſumitur: alta voce proclamatur. Sic tranſit gloria mundi. Porro ſi honoris accidētia ſcires: de honoris carentia anxius nō eſſes. Nimirū ſcd̄m Petrum Rauen. honorē ſollicitudo ſemꝑ comitatur: lōga duratione nō ꝯtinuat. ⁊ pro modica delectatione ꝑlixior diſplicētia ſubſequetur. Qꝛ ſcd̄m Chriſoſt. honoris magnitudo ſepe cumulꝰ penarū efficitur. Qui etiā querit per aſcenſū honoris creſcere in altū: ſepe decreſcit ⁊ deſcēdit in ꝓfundū. Vn̄ Gregꝰ. Qui nititur ad altiora ꝯſcendere: q̇d aliud agit niſi vt creſcēdo decreſcat: ⁊ aſcēdendo altiꝰ exterius: interiꝰ in profundū deſcēdat. Et ꝑfecto ſi peccatis noſtris addamꝰ honores quāto hoc magis fecerimꝰ. tanto plꝰ teſtāte Gratiano: puniemur. Sed certo melius eſt pro breuiſſima vita nr̄a honore carere etiam quātocūq;: q̄ꝫ addere nob̄ vel minimū gradū pene ꝑſertim future. Qꝛ pene future ſiue purgatorij ſiue infernales ſūt penis huius mūdi grauitate incōparabiles.

Jn coronatione Pape.

De deriſione. Ca. ii.

PReterea de derisiōe nō verecūderis: q̄z
ↄcūdiā istā nedū t̄pare: veꝝ etiā an/
nullare posset eoꝝ q̄ derident̄ societas tā ge
neralis. Quasi oēs nāqꝫ patēt illi passioni:
nulli parcit̄ statui: nulli dignitati: sꝫ ꝛ de ill'
ꝭ scriptura docet. q̄bꝫ dign⁹ nō erat mūdus
Nā tobias senior pijs opib⁹ p̄sertim in ele
mosinis et in mortuoꝝ sepulturis totaliter
dedit⁹ erat: de quo tamē cū ei cecitas supue/
nisset: scribit̄ q̄ parētes et cognati ei⁹ vitā
ei⁹ irridebāt. Job vir simplex et rect⁹ erat
timēs deū ꝛ recedēs a malo: q̄ tn̄ miseria ei
postmodū supueniēte ↄquerebat̄ se derisū.
Discipuli dn̄i repleti spiritu sctō varijs lin
guis loq̄bātur: de quib⁹ tamē grā huius mo/
di admirabili nō obstāte dicit scriptura: q̄
alii deridebāt eos dicētes q̄z musto pleī sūt
isti. Hieremias pp̄heta ī vtero m̄ris sue sā/
ctificat⁹: ī sua vl' poti⁹ ī psona dn̄i lamēta/
tus ē. Factus sū inquit ī derisū omi populo
Deniqꝫ ꝛ ip̄e saluator xp̄s dn̄s dei vnigeni/
tus: passionē derisionis nō euasit: qui nō se/
mel sꝫ multotiēs est derisus. Si itaqꝫ nō so
lū p̄fatos ꝛ alios īsignes p̄r̄es infinitos: sꝫ
ꝛ summū regē glorie nō est dubiū derisiōes
passos esse: quid restat nobis derisibilibus
creaturis: nisi ip̄as irrisiōes q̄s quādoqꝫ pa

timur iocūdo riſu deridere? Ideo etiā de deriſione nō turberis: qꝛ ꝓpt deriſiones a domino facile exaudirꝭ. Un̄ Job. Qui deridet ab amico ſuo ſicut ego: inuocabit dn̄m deū ꝛ exaudiet eū. Itē ꝓpt deriſiones in futuro int̄ filios dei ſpeciales feliciorē ſortē ꝯſeqrꝭ Un̄ in libro Sapiētie in ꝑſona impiorꝝ de iuſtis ſic dicit. Hi ſūt quos aliquādo habuimus in deriſū ꝛ in ſimilitudinē improperij nos inſenſati vitā illorꝝ eſtimabam⁹ inſania ꝛ finē illorꝝ ſine honore. Ecce q̄modo cōputati ſūt inter filios dei: ꝛ iter ſanctos ſors illorꝝ ē. hec ibi. Et ideo bene dic̄ ille illuſtrꝭ Seneca. Nōdū felix es ſi nō te tota turba deriſerit. Qua in re tu credas ꝯſideratiōi tā ſapientis viri: ꝛ nō feras grauit̄ deriſiones aliorꝝ: ſupponēs eas ad tuā felicitatē t̄miari

## De deſpectiōe ꝛ cōtēptu. Ca. iii.

C Etera de deſpectiōe ſeu ꝯtēptu nō ꝑturberis: qꝛ ad intra ſe manēdū ꝯtēptus ſui operatꝭ: ſi tn̄ ille ꝯtēnatur. id eſt. nō curatꝭ. Hic Seneca dicit. Si btūs eē vis cogita hoc primū ꝯtēnere: ab alijs ꝯtemni. Sꝫ hui⁹ viri ꝓfecto ſequitꝭ ꝯſiliū: q̄ nichil curat ab extra ſe exiſtentib⁹ nō curari. Per deſpectionē etiā poteris ꝯſeq̄ materiā ſpūalis gaudij: ꝛ pre alijs electionē ipſi⁹ dei. Un̄

de primo Gregꝰ. Qualis q̃ſq; apud ſe late/
at: cõtumelia illata pbat. Nã ſicut ſupbi ho
noribꝰ. ſic plerũq; humiles ſua deſpectiõe
gloriant. Porro ſcdm plane ſequit ex pmo
Si eni hi q ſua deſpectione gloriant humi/
les eſſe pbatur. deus autẽ humiles elegit.
Ipſe eni eſt qui depoſuit potẽtes de ſede ⁊ ex
altauit humiles: ſeqtur ſi vt humilis deſpe
ctiõe gaudes: ſiue gloriaris ꝙ dei electionẽ
cõſequeris. Hinc nãq; dic Gregꝰ. Nos ele
git dñs: quos deſpicit mũdꝰ. q; plerũq; ipa
deſpectio hoĩez reuocat ad ſeipm. Dicit aũt
ad ſeipſũ .i. ad recognitionẽ cõditionũ ſuaꝝ
humiliũ. Profecto illa electio eſt de q ipſe
ſaluator dic. Multi ſũt vocati pauci vero
electi: vbi ipa paucitas nõ paruipẽdẽdã ex/
primit pꝛogatiuã. Illa eni electio de q dicit
Pſalmiſta. Btũs quẽ elegiſti ⁊ aſſũpſiſti hi in
habitabit in atrijs tuis. nõ paꝝ eſt in atrijs
habitare dñi.

## ¶ De humiliatione ab aliis. ¶ Ca. iiii.

INſup de humiliatione nõ triſteris: q
ſiue ex deriſione vel cõtẽptu vel deſpe
ctione ſiue irreuerẽtia aut deiectiõe: aut mo
dis alijs qbuſcũq; pueniat: via ẽ ad ꝟtutẽ
humilitatis. Cũ g humiliaris: attende pre/
claꝝ verbũ Bernardi. ⁊ de tua humiliatiõe

merito ꝯsolaberis. Cū igitur te hūiliari videris: habeto id signū in bonū: oīno argumētū est gratie appropinquātis. Nempe ex alijs dictis suis potest hoc argumētū facile explicari. Sētit enī et dicit humiliationē hoīs esse viā ad virtutē humilitatis: que quidem virtus habita: mentē quietā in p̄nti securāq; reddit: ꝯsciētiā ī futuro. Unde idē Bernar. Bona hūilitas q̄ et in p̄nti ab his mordacibus curis mētē facit esse quietā: et a minātibus penis in futuro reddit ꝯsciētiā securā. Humiliatio via est ad humilitatē: sic paciētia ad pacē: sicut lectio ad sciētiā. Si ergo virtutē appetis humilitatis viā nō refugias humiliatiōis. hec Bern. Et nimirū cū humiliatio via sit ad virtutē humilitatis: q̄to magis humiliaberis: tāto perfectioris gradus virtus in te causabitur humilitatis. Sed perfecto sm minimū aliquē humilitatis gradū vltra plurimos pfecisse: est scdm dictū cuiusdam sapiētis. oēs eorum gratias gratis datas superasse. Hec aūt humilitas tāte virtutis est q̄ nō solū sbsistere sz etiā gaudere facit ī angustijs et pressuris ac in criminatiōibus falso seu mēdaciter īpositis: nisi quantū sustinens dolet de culpa aliena. Et perfecto magna ꝯsolatio est illud habere qd facit cor hoīs ī tali

bus adūſitatibꝫ q̄eſcere ⁊ gaudere. Vn̄ augꝰ ſic dic. Dn̄s ait diſcipli̇s. Bti eſtiſ cū male dixerit vob hoīes ⁊ pſecuti vos fuerit: ⁊ dixerit om̄e malū aduerſū vos mētiētes ꝓpter me: gaudete ī illa die ⁊ exultate: ecce ei merces vr̄a mlta eſt in celis. Sꝫ in his pſuris atqꝫ āguſtijs neq̄q̄ poſſēt ſbſiſtere: ⁊ qḋ his maiꝰ eſt gaudere: niſi veracit̄ in ɔſpectu dei ⁊ hoīꝫ hūiles eſſēt. Quibꝫ dn̄s ait. Diſcite a me q: mitiſ ſū ⁊ hūilis corde: ⁊ īuenietiſ req̄ē aīabꝫ vr̄is. hec augꝰ. Et certe maxia eſt ɔſolatio illḋ habere p qḋ pōt cor hoīs in talibꝫ aduerſitatibꝫ quieſcere et gaudere.

## De propria humiliatione ad peccatorū cōfeſſionē. Ca. v.

Rurſus nō ſit tibi amarꝫ pctā tua ī ſecreto ɔfiteri ⁊ te ꝓpria voce accuſare Naīfirmꝰ libēter ⁊ cū gaudio ſumit potionē amarā: ne mortē guſtet amariorē. Et multo plus ɔfiteri crimina p breui tpe licet amarꝫ exiſtat: cū gaudio tamē eſt faciendū: ne mortē ꝑpetuā quis incurrat. Hanc nimirū ɔſiderationē etiā Auguſtinꝰ videt̄ habuiſſe Melior eſt inq̄t modica amaritudo in faucibꝫ: q̄ eternū tormentū in viſceribꝫ. Ecce dicit amaritudo in faucibꝫ: ſcꝫ ipſiꝰ penitēt

ratione amare ⁊ lacrimoſe ꝯfeſſiõis. Sed addit modica: in ꝯparatiõe ad eťnū tormē tū: reſpectu cuiꝰ amare ꝯfeſſionis actus eſt q̄ſi aliq̄d momētaneū: quo nō ſolū euaditur eternū tormētū: ſꝫ ſuccedit ei etiā eternum gaudiū. Ideo nō tardes ꝯfeſſionē īcipere: ⁊ gaude de ſpacio penitētie tibi dato: q̄uis breui ⁊ incerto: quo ꝑ ꝯfeſſionē poſſes te a morte ꝑpetua liberare. Et vt dicit ī Eccl'iaſtico Pro aīa tua nō ꝯfundaris dicere verꝫ. Eſt enī ꝯfuſio adducēs peccatū: ſcꝫ q̄ ꝯfeſſionē īpedit: ⁊ eſt ꝯfuſio adducēs gloriā ⁊ gratiā ſcꝫ q̄lis eſt illa q̄ ꝯfeſſionē ꝑficit.

## De verecūdia in cōfeſſione. Ca. vi.

Rurſū ſi verecūdie erubeſcētia te ꝯturbet: nec ꝑpť illā ꝯfeſſio poſtponēda eſt: q̄ erubeſcētia quā in ꝯfeſſione pateris: nō ſolū eſt ſ'm doctores magna pars ſatiſfactionis: ſed etiā videtur aīe magnū decorē inducere. Juxta illō Pſalmiſte. Cōfeſſionē ⁊ decorē īduiſti. Unde quāto rubor verecūdie fuerit maior: tāto ī aīa maior erit decor ⁊ aīa pulchrior: faciēte tn̄ hoc principali rubore ignee caritatis ipſā verecūdā ꝯfiſſionē imperātis. Deniq̄ q̄uis āte ꝯfeſſionē ⁊ ꝯtritionē pctā tua ſint nota deo et celeſtis pēicuibꝫ nō paucis: quos etiā occulta nr̄a non

latēt: ab eoꝝ tñ ocl'is ſeu noticia ꝓfeſſiōe: ꝫ fidelit̃ pacta ſbtrahunt̃: cū de⁹ ipe igſcat qſi ex tūc nō noſcat: ꝛ ab aliȷ̃s ea abſcōdat. Uñ audi Aug. quo pacto iudex de⁹ ꝛ oſſeſſores pctī agnoſcāt. Juſticia inqt de celo ꝓſpexit tāqꝫ dei dicētis. Parcam⁹ hoī huic q: ipſe ſibi nō pepcit: ignoſcam⁹ q: ipe agnoſcit: cōuerſus eſt ad penitendū pctm̄ ſuū: ꝯuertar ꝛ ego ad liberandū eū. hec Aug⁹.

## ¶ De confeſſione vel faſſione criminis in publico. ¶ Capitulū. vij.

Ceteꝝ nō triſteris de tui ꝓpria accuſatiōe ꝛ ꝯfeſſiōe in publico de crimīue ꝯmiſſo. nec publice penitētie vel ꝯfeſſionis ꝯfuſionē tanqꝫ honori tuo ꝯtrariā ꝑhorreſcas: q: vera penitētia maiorē īducit honorē qꝫ tu ꝑdere poſſis. Nimiꝝ honor quē tu ꝑdis ꝑfecta penitētia recōpēſat̃: nedū ī celo vbi gaudiū eſt āgelis dei ſup vno peccatore penitentiā agente: vbi ꝛ ille q̄ hic fit flumīs impet⁹ ſcʒ lacrimaꝝ: letificat ciuitatē dei: veꝝ etiā hic in terris nōnūqꝫ vere penitētis caritas operit multitudinē pctōꝝ: p̄ſertim vita ꝑfecta penitētia digna ad exēplū ceteroꝝ recitari. Qđ reuera nō fit ſine ipſi⁹ penitētis magna laude ꝛ honore. Hic ē eni q̄ ad honorē ꝛ dignā venerationē peccatricis

penitētis ſic canit ſancta mat̃ eccl'ia. Lau//
dem⁹ opus dei in maria genitrice: ſed vir//
gine: laudem⁹ in maria peccatrice: ſꝫ penitē
te. Maria hec eſt data ſpeculū inocētie: ma
ria hec ē exēplū penitētie. De q̄ etiā Bern̄.
ſic dicit. Gaudēt āgeli ſup̱ peccatrice penitē
tiā agēte: ꝛ odorꝫ fragrātia celeſtꝫ ille ꝯuēt⁹
aſp̱gitur. Quā magna multitudo dulcedi//
nis tue dn̄e in peccatricis cōfeſſione. hec
Bern̄. Si aūt ob crimīs cōfeſſionē times
puniri. certe de punitiōe ꝓpt̃ culpā ꝯſola//
tionē gratā poteris īuenire: ſi ea q̄ de h̄ ſup̱
tradita ſūt cures ad memoriā reuocare: per
que pariter et de publica penitētia poteris
ꝯſolationē recipere.

## De detractiōe ꝛ īfamatiōe. Ca. viii.

Malorꝫ etiā oblocutiōes: detractiōes et infamatiōes nō abhorreas: p̄ſertī fal//
ſas: q2 dū obloquūtur ꝛ detrahūt vl' infa//
mare ſatagūt: tūc nos laudāt. Ut enī dicit
Sen̄. Malis diſplicere laudari eſt. Un̄ ꝛ
Bern̄. Bona inq̄t ꝯſolatio cū blaſphema//
mur a malis bene faciētes: ſi recti diligant
nos oīno ſufficit aduerſū os loquētiū iniq̄
opinio bonorꝫ cū teſtimonio conſcientie. hec
Bernar. Et ſi recti diligūt nos: ſequit̃ q̄ et
laudāt. Quippe ex abūdātia cordis os lo//

quitur. Rurſū ſi recti diligūt nos: ſeq̄tur q̄ bonū nr̄m deſiderāt ⁊ optāt. Sed certe nō eſt veriſimile omne tale deſideriū fruſtrari: quinimmo poti⁹ deſideriū ſuū iuſtis dabit̄: teſte Salomone. Idcirco etiā de obtrectorib⁹ nō turberis: cū ꝑ illas deo ordināte vtilit̄ humilieris. Un̄ Gratian⁹. Licet detractio ſit ex vitio detrahētiū: tn̄ ex iuſto dei iudicio nōnūq̄ʒ aduerſus bonos excitat̄: vt quos vel domeſtica ꝓſumptio vel alioꝝ fauor in altū extulerat: detractio humiliet. Un̄ ⁊ Greg⁹. Sūt plurimi q̄ vitā bonoꝝ fortaſſe āplius q̄ʒ debēt laudāt: ⁊ ne q̄ elatio de laude ſubrepat: ꝑmittit omp̄s de⁹ malos in obtrectionē ⁊ obiurgationē ꝓrūpere: vt ſi q̄ culpa ab ore laudantiū in corde naſcit̄: ab ore vituperantiū ſuffocetur.

## De ſuſpitione malorū. Ca. ix.

Rurſum de maloꝝ ſuſpictōe vel īfamia quā īiuſte pateriʒ merito moueri nō debes. Un̄ Aug⁹. Senti de auguſtino vt libet ſola me in oc̄lis dei ꝯſciētia nō accuſet. Un̄ ⁊ Greg⁹. Int̄ ꝟba laudantiū ⁊ vituperātiū ad mentē ſemꝑ recurrendū eſt: ⁊ ſi in ea nō īuenitur malū q̄d de nob hoīes loquūtur: in magnā debem⁹ leticiā ꝓſilire. Quid enim ſi nō oēs laudāt: ⁊ ꝯſciētia nos liberos eſſe

demõſtrat⁹ Habem⁹ Paulũ dicētē. Glia nr̃a hec eſt teſtimoniũ ↄſcientie nr̃e. Job quoqȝ dicit. Ecce in celo teſtis me⁹. Si ḡ eſt nob teſtis in celo: teſtis in corde: dimittam⁹ ſtul tos foris loqui quid volũt. hec Gregorius. Vñ ꝛ Hieronym⁹. Per bonā et malā famā a dextris ꝛ a ſiniſtris xp̄i miles gradit̄: nec laude extollit̄: nec vituperatione frāgat̄. hec Hiero. Quaſi dicat: ꝑpt̄ vitupatione hoim a ſtatu ſuo xp̄i miles nō deijcitur: qui ex ſue militie dignitate nō obſtāte hoīꝫ vitupio ꝑe nes ſe habet ſaltē in ſpe certa vnde ↄſolet̄: q2 a dn̄o ſuo ad magna ꝓmouetur.

## De opprobriis ꝛ cōtumeliis. Ca. x.

Pꝛetereo opprobria ꝛ ↄtumelie ſũt pecca tori medicamentũ. Vñ Bernar. Ego plagis ↄſciētie mee nullũ iudicio accōmo datī⁹ medicamētũ opprobrijs ꝛ ↄtumelijs Itē ſunt tutamētũ. Vñ Greg⁹. Fit vt ↄtu melijs gr̄a magis q̄ꝫ ira debeat̄: quaꝫ ī tenuē du de iudice pena grauioꝛ declinari poſſe ↄfi ditur. Sũt etiā bonitatꝭ augmētũ. Vñ idē Greg⁹. Boni ꝑ ↄtumelias meliores exiſtũt Deniqȝ ſũt oꝛnamentũ: q2 ſm̄ Chryſo. Si eīs īiuſte paſſi: non indigem⁹ in remiſſionē pctoꝝ: ꝑpt̄ ipſa coꝛona bimur clarioꝛibꝰ co ronis. Cōtumelia eni ē ſicut p̄cioſus lapis

in corona hoīs: q̄ huiuſmodi ē nature ⁊ vir//
tutis qd̓ facit in deo ſolide manere vbi hoīz
eſt optime. Vn̄ Greg⁹. Juſt⁹ mirāda agit ⁊
opprobria recipit: vt q̄ exire foras ꝑ laudes
potuit: repulſus ꝯtumelijs ad ſemetipſū re
deat: ⁊ eo ſe robuſti⁹ intus in deo ſolidat: in
quo foris nō īuenit vbi req̄eſcat. hec Greg⁹
Et vniūſalit̄ ſūt argumēta alicui⁹ boni a deo
recipiēdi. Vn̄ cū Dauid rex a Semei ma//
lediceret̄: ⁊ quidā de familia dauid h̄ vindi
care vellet: dixit ipē Dauid. Dimitte eū vt
maledicat michi. Et ſeq̄tur. Reſpiciat me
de⁹ ⁊ reddat michi bonū ꝓ maledictione hac
hodierna. Ad qd̓ ꝓpoſitū: reuoca memorie
v̄bū illd̓ ſaluatoris ad diſciplos. Bti eſtis
cū maledixerit vob̄ hoīes. ⁊c. ⁊ plane videb̄
ꝙ maledictiōes quas iuſt⁹ vir patit̄ deo ꝓ//
pitiāte bonā mercedē copioſe ꝯſeq̄tur. De//
mū de ꝯtumelijs et opprobrijs nō turbari:
ſꝫ poti⁹ gratulari debes: ꝓpt̄ h̄ ꝙ xp̄i paſſio//
nib⁹ ꝯmunicas. Vn̄ Petr⁹. Cōmunicātes
xp̄i paſſionib⁹ gaudete vt in reuelatiōe glo
rie ei⁹ gaudeatis exultātes. Sed ⁊ apoſto//
lis q̄b⁹ dign⁹ nō erat mūd⁹: dignū eſſe ꝯtu
melias pati materia fuit gaudij. Vn̄ lucas
refert de h̄ dicēs. Jbāt apl̄i gaudētes a ꝯſpe
ctu ꝯcilij: qm̄ digni habiti ſūt ꝓ noīe Jeſu

ꝯtumelias pati. Digni inq̄t. Uere enī mag̃
prorſus dignitas ipos ꝑ mlt̄ ad h̄ electos
eſſe: vt mūdi ſapiētiā trāſcēdētes: facti ſtul
ti ꝑpt xp̄m: toti mūdo illuderent: quib⁹ di//
gn⁹ nō erat mūdus. Cur g̃ tu iſta refugis:
quib⁹ potius paciēter xp̄i ⁊ apoſtoloꝝ eius
paſſionib⁹ ꝯmunicando gaudere ⁊ exultare
poteris? Nimiꝝ ſi quis veſtit⁹ eſſet ignea
veſte caritat̄ ⁊ diuini amoris: paꝝ haberet
timere muſcaꝝ tactū pūgitiuū: q̄ nec aude//
rēt ꝯtigere ipm. Profecto ſicut vere muſce
ſe haberēt ad verā veſtē ſi ignea eſſet: ſic im//
pactiōes: inſultationes ⁊ blaſphemie q̄ ad
modū muſcaꝝ ſūt ſatis pūgitiue: ſe vident
habere ad habitū igne caritat̄: ita ſcꝫ ꝙ hūc
habentē habitū ꝑſertim ꝑfecte nō vidētur
ad ꝯtriſtandū ꝯtingere. Uñ Bernardus.
Muſce moriture blaſphemie ſūt: muſce mo
riture inſultatiōes ſūt. Hec Bern̄. Et bene
dicit. moriture. qꝛ bonis hoīb⁹ illate ſunt
ap̄d eos ignee caritat̄ quātocit⁹ ꝯſūpte.

## De cōfuſionibus. Ca. xi.

POſtremo de paciētib⁹ ꝯfuſionē audi
pſalmiſtā dicentē. Imple facies eoꝝ
ignominia: ⁊ querēt nomē tuū dñe. Cōfuſio
g̃ ſeu ignominia ad querendū nomē dñi oc//
caſio eſt ſiue cauſa. Nomē q̄ppe ei⁹ eſt ieſus:

qd' pfecto adeo dulce eſt q remediū eſt igno
minie: vtpote faciēs hoīem ↄfuſiōis ꝛ igno
minie amaritudinē nō ſentire p̄ ſua dulce
dine. Nimirū ſm Bernardū. Jeſus ē mel
ī ore: melos ī aure: iubil⁹ in corde. Deniqȝ
nō ē ↄtriſtādū de ↄfuſiōe niſi dūtaxat pctm̄
adducēte. Ois enī alia q̄ hoīem humiliat
gliaȝ adducit. Quippe q̄ hūiliat⁹ fuerit erit
in gloria. Attende etiā q ↄfuſio ꝛ pena: aut
illata eſt ſine culpa: aut p vera culpa. Si q̄-
dē ſine culpa magnā laudē homo meret. Vn̄
Aug⁹. Nō ita laudam⁹ ioſeph cū frumentū
diſtribuebat ſic̄ cū carcerē ihitabat. Profe
cto eſto q oēs mortales ↄfuſionē pene ſine
culpa illate neſcirēt eē illatā ſine culpa: mi
nim⁹ eſſȝ h nūer⁹ reſpectu imortaliū: apd' q̄s
īnūerabiles pit ꝛ glioſos ipi punito ſine cā
glia maxia deberet. Porro ſi pena iferr etiā
p vera culpa: tūc neqq̄ triſtari hȝ q̄ p modi
cā penā euadit maximā: nec q̄ verecundiam
maiorē p minorē. Vn̄ ſcd'm Procliū: hec
maxima punitio eſt in malo manere ipuni-
tū. Et ſi qs videre ſeipſū poſſet tale habitū
habentē: tūc vtiqȝ gemeret eunte ſeipſū. hec
Procli⁹. Sed quō ille gemeret: ſi ipunitū
ſeipſū videret: eo vtiqȝ itra ſe de ſe tali viſo
q̄ȝ de ſe punito magis erubeſceret.

Maxima puni-
tio. impunitio

Quint⁹ liber cōtinet cōſolationū remedia oportuna: cōtra illa turbatiua que oponūtur poteſtati et dignitati. Et habet capl'a. v.

i De ꝯſolatiōe ſup carētia poteſtatis ſiue potētie dignitatꝫ ꝛ maioritatis.
ii De picl'is ꝛ dānis maioritatē comitātibus.
iii De carētia regni.
iiii De carētia eccl'iaſtice dignitatis.
v De carētia ep̄atus ꝛ prelature.

De cōſolatiōe ſuper carētia ptāt' ſiue potētie dignitat' ꝛ maioritat' .c. i

Primo ꝙ noli de potētie ſeu poteſtatis carentia turbari: qꝛ quāto potētes fuerīt in ſtatu altiori: tāto in periculo ꝯſ'ātur maiori. Et ideo ſm Auguſtinū. quo plus ceteris vnuſquiſqꝫ poteſt: eo magꝫ ſciat ſe eē ſibi metuēdū. Deniqꝫ ad quid obiectiue optāda ſit potētia manifeſtat Aug⁹ dicēs. Optandū eſt vt ptās nō detꝰ niſi ꝯ vitia: ꝑpter q̄ vincēda potētes nolūt eſſe hoīes: ſed volūt ꝑpt vincēdos hoīes: vt q̄d hoc: niſi vt vere victi falſe vincāt: nec ſunt veritate ſed opinione

victores. hec Aug⁹. Et ideo etiã noli de po
tentie carẽtia vel dignitatis triſtari. quia
ſm ſe nõ ſũt bone. Vñ Boetius. Si ipſis
dignitatibꝫ ac poteſtatibꝫ ĩeſſet aliq̃d natu
ralis ac ꝓprij boni: nũq̃ȝ peſſimis ꝓuenirẽt
Nequaq̃ȝ eni ſibi aduerſa ſolẽt ſociari. Na
tura reſpuit vt ꝯtraria queq̃ȝ iũgãtur. Ita
cũ peſſimos plerũq̃ȝ dignitatibꝫ fungi du//
biũ nõ ſit: illud etiã liquet: natura ſui bona
nõ eſſe q̃ ſeſe peſſimis herere paciunt̃. Hec
Boeti⁹. Nõ eſt ğ ratioſi quẽ de dignitatis
ſeu poteſtatis carẽtia ꝯtingat ꝑturbari: cũ
plerũq̃ȝ peſſimos ⁊ xp̃i hoſtes videam⁹ eis
fungi. Vñ Aug⁹. Apud viros bonos indi
gna ſit ip̃a dignitas: quã m̃lti indigni poſſi
dẽt. Porro ſi q̃les ſint dignitates vl' pote
ſtates: aut q̃d ꝯtra ſe habentẽ faciãt: et q̃d
eaꝝ carẽtia ſignificet agnoſceres: nõ ſic eas
appeteres: nec de eaꝝ carẽtia dolores. Pro//
fecto ſũt vmbratiles ⁊ cito trãſeũtes. Sȝ
q̃d valet vmbra. vl' res vmbre ſimilis: q̃ nõ
ꝯtinue adeſt hoĩ. ſȝ trãſit. nedũ mutabiliter
ſȝ velocit̃ ſicut vmbra.⁹ Sane premũt habẽ
tem vitijs. Vñ Greg⁹. Occupatio ſclariũ
dignitatũ tanto facili⁹ vitijs p̃mit̃: quanto
maioribꝰ curꝫ grauat̃. Itẽ curis grauibꝰ eũ
onerãt: ⁊ eũ ſibi ſbiectꝫ ſupponũt. Vñ idem

Greg⁹. Quāto q̄s h̄ alti⁹ erigit᷑: tāto curis grauiorib⁹ onerat᷑. iſq̄ʒ ipis pplis mētē cogitatiōe ſupponit᷑. q̄bꝰ pponit᷑ dignitate. Deniq̄ʒ carētia tpalis poteſtatꝫ ⁊ dignitatꝫ: q̄ ad actiōes ordinat᷑ exteriores: ſignificat et ſignū eſt ꝙ deꝰ tenere diligit nō hn̄tes. Un̄ iterꝫ Greg⁹. Sepe miſericors deꝰ q̄ ſuos tenere diligit: eo ſollicite eb exteriorib⁹ actionib⁹ cuſtodit. Nā ⁊ plerūq̄ʒ pr̄familias ad eū laborē ſuos dirigᵗ: a q̄ ſbtiles filios ſuſpēdit

## De periculis et dānis maioritatē comitantibus. Ca. ii.

C Eterū ſi q̄lia inducit maioritas ſiue ſuperioritas p experiētiā didiciſſes: ipſā min⁹ appeteres: ac de ei⁹ carētia min⁹ doleres. Nimirū īducit maioritatē periculi. Un̄ Iſidor⁹. Quāto q̄ſq̄ʒ in ſuperiori ꝯſtitutus eſt loco: tāto in maiori ꝟſat᷑ periculo. Itē inducit maioritatē peccati. Un̄ idē Iſidorus Quāto ſplēdoris honore celſior q̄ſq̄ʒ eſt. tāto ſi delinquat peccator maior eſt. Itē inducit maioritatē pene: q̄ ipi maiores ſūt puniēdi Un̄ ex iure colligit᷑: ꝙ maiores ꝓ ſuo exceſſu grauiꝰ ſūt puniēdi: q̄ꝛ exēplo illoꝝ faciliꝰ aliȷ̄ poſſūt ad ſimilia ꝓuocari. Sed ꝙ hec ⁊ ſimilia nō leuia ſʒ grauia ſint: patet ex ſentē

tia Senece: q2 dicit. Ut i corporib9: ſic in
iperio grauiſſim9 eſt morb9 q̇ a capite diffūdi-
tur. Deniq3 p̄ter hec maioritas regiminis: ſeu
ſupioritas iducit diſtractionē cordis 7 ↄfu
ſionē mētis ipedientē in ↄmiſſis exequēdis
Vn̄ Greg9. Sepe ſuſcepta cura regiminis
cor p diuerſa ꝑberat: 7 impar q̇ſq3 ad ſingu
la inuenit: dū ↄfuſa mēte diuidit ad multa
Inſup ille q̇ ē mille artifex vtiq3 artē habet
ſagittādi: cui9 ſagitte acute: q̇ ſic inſidioſus
iacit eas occulte 7 frequenti9 in maiores et
ſtatu ſupiores. Vn̄ Greg9. Ois q̇ diſpēſan
dis reb9 trenis p̄ſidet: occulti hoſtis iacu-
lis loti9 patet. hec Greg9. Nec grat3 dicit
latius: q2 iuxta latitudinē eoꝝ q̇ lōge lateq3
ſb ſunt ſue p̄ſidētie habet dicta iacula ptime
ſcere. Caue etiā ne in tra q̄ras ſupioritatis
honorē: ne idcirco mox i celo ↄſeq̄r3 ↄfuſio-
nē. 7 a ſocietate ſuoꝝ xp̄i excluſionē. Unde
Chryſoſto. Quicūq3 deſideraueri p̄matū in
terra: iueniet ↄfuſionē in celo: nec int ſuos
xp̄i ↄputabit q̇ de primatu terre certauerit:
nec vnuſq̇ſq3 eoꝝ feſtinet quō alijs maioꝝ
appareat: ſed quō oībus inferioꝝ videatur.
hec Chryſo. Nimiꝝ hoc ꝑſe ſentētie nitit
vt ſicut primatū querēs in tra: ↄfuſionē nō
modicā iueniet in celo: Sic feſtinans oīb9

videri īferioꝛ in t̄ra: ī mēſam gloriā ⁊ hono
rē in celo .i. apud celoꝝ dn̄m ac dn̄am ⁊ celi
militiā ꝯſeq̄tur. Abſit eni q̄ īferiorē ſe dili
gēs videri min⁹ in celo aut minorē gloriam
ꝯſeq̄tur: q̄ ſupioꝛ hic eſſe querēs ꝯfuſionē
in celo paciatꝛ. Rurſus ꝯſidera q̄ fili⁹ vnige
nit⁹ cuiuſpiā maximi regis vel imperatoris
triſtari hac de cauſa nō poſſet: q̄ aliquo ſtatu
vl' officio mīmo careret aut illo priuaretꝛ: qḋ
ſue nequaq̄ȝ dignitati ꝯpeteret: vt ſi officiū
qḋcūq̄ȝ mechanicū vl' etiā ſimplici militi cō
gruēs ip̄m nō habere ꝯtingeret. Igitur nec
xp̄ianoꝝ aliq̄s: vtpote eterni regis exiſtēs
nō ſolū fili⁹: ſȝ nūc in ſpe ⁊ tandē in re regꝭ
ſeculoꝝ dn̄iq̄ȝ vniuerſoꝝ etiā heres: triſta//
ri habet: ſi nō ad dn̄iū vl' ſtatū dignitati ſue
mīme ꝯgnuū exaltetꝛ. aut tali habito ſi p̄uetꝛ:
q2 pfecto mūdani ſtat⁹ homini chriſtiano et
tanti regis filio min⁹ ſunt ꝯgruētes. De//
niq̄ȝ o homo: aut ſapiēs es: aut ſtultus. Si
quidē ſapiēs es: dn̄o nō indiges, te ꝯtent⁹ dominio
Vn̄ Seneca. Seipſo ꝯtēt⁹ eſt ſapiens ad
bene viuendū. Vn̄ ⁊ Ambroſius. Sapiēti
nichil alienū niſi qḋ ꝟtuti icōgruū. Virtu//
tēs aūt dominia nō adijciūt ſeu pariūt: qn̄ //
immo iā parta magis abijcere ſolēt. Si aūt
es ſtult⁹ tibi nō expedit dn̄ari: quippe ip̄m

ſuū dñium ſtultū hoīem fuire facit. Uñ idē
Ambroſi⁹. Eſt ſapiēti fuire libertas. Ex q̄
colligitur ꝙ ſtulto etiā īperare ſeruit⁹ eſt: et
q̄d peī⁹ eſt cū paucioribꝫ preſit: pluribꝫ dñis
⁊ grauioribꝫ ſeruit ſuis cupiditatibꝫ: quaꝝ
dñationē nec nocte pōt fugē nec die: q̄ꝛ itra
ſe dños hꝫ: itra ſe fuitiū patit̄ itolerabile.

## De carentia regni. Ca iii.

Porro ſi de carētia regni turbaris: eſti
mo ꝙ nō ob aliud niſi q̄ꝛ ꝑ regnū dñari
velles alijs. Sꝫ ſcias ꝙ tu paucis reſpecti
ue: tibi aūt irratiōabilit̄ dñarent̄ mlto plu
res ſiue plura penit⁹ irrationabilia: Unde
Sen̄. Sicut hoībꝫ reges: ita regibꝫ deſide
ria dominātur. Hoc eſt regnū: nolle regna
re cū poſſis. Uis ḡ regnū: do tibi magnum
re ẓe teipſum. Hec Sen̄. Et certe magnū
ēſt regere ſeipſum. Nimiꝝ regere ſeipſum
nō ꝯtingit ſine motuū tā interioꝝ q̄ꝫ exte
rioꝝ debito regimie: q̄ꝝ q̄dē motuū ⁊ coꝝ ob
iectoꝝ eſt q̄ſi infinita multitudo. Uñ ⁊ Hu
go. Sol⁹ is regnat q̄ depoſito cordis īpio
lege ratiōis ordinat totā familiā motuū īte
rioꝝ ⁊ exterioꝝ. Si ꝯſurgat leonina rabi
es: punit̄ ꝑ paciētiā Si petulātia hirci: ꝑ ab
ſtinētiā. Si ferocitas apri: ꝑ māſuetudinē
Si ſuꝑbia vnicornis: ꝑ humilitatē. Sꝫ q̄s

Hoc est maxe regnare. nolle regnare

eſt hic et laudamus eū: atqꝫ vt dignū imperio coronabimus eū. hec Hugo. Deniqꝫ vix aliquis intelligēs regnare appeteret: ſi quā grauis finis eius eſſet: bene conſideraret. Oportet enim regnare volentē in futuro reddere rationē Vnde hec conſiderās Iſidorus. Cognoſcāt inquit principes ſeculi deo ſe debere rationē eſſe reddituros. Sed profecto nō eſt modicū atqꝫ leue deo reddere rationē: quēadmodum nec ſūt modica de quibus ratio ē reddēda. Sūt ei omnia que regibus incūbūt. De quibus audi Hieronymū. Regū inquit eſt proprium facere iudiciū atqꝫ iuſticiā: et liberare de manu calūniatiū vi oppreſſos: et peregrino et pupillo quoqꝫ et vidue: qui facilius opprimūtur a poteſtatibus prebere auxiliū. hec Hiero. Sed quō reddet rex rationē deo qui nō a re nomē habet: ſed ipſū indignus vſurpat: contra illā ſententiā. Iſidori. Qualis rex eſſe debeat proprie conſideratur. Reges inquit a regēdo vocati ſunt. Ideoqꝫ recte faciēdo regis nomē tenetur: peccādo amittitur. Recte ergo illi reges vocantur qui tā ſemetipſos quā ſubiectos bene regēdo modificare norūt hec Iſidorus.

offm. Regis

## De carentia eccleſiaſtice dignitatis. Capitulum. iiii.

DEmū ſi ſanctoꝝ doctoꝝ dicta legiſſes: merito de ꝑlature ſeu dignitatꝫ eccleſiaſtice carētia: ac etiā de ꝑuatiōe magis gauderes ꝙ doleres. Nimirꝫ ſanctoꝝ doctorū ſentētie ꝯ ꝑlatos ⁊ quoſcūqꝫ hñtes eccleſiaſticas dignitates ſūt ſatꝫ t̄ribiles. Vñ ſm̄ Chryſoſtomū: ꝑlati ꝓpt̄ altitudinē dignitatis in eodē genere peccati grauiꝰ cadūt ꝙ ſbditi. Vñ ⁊ Hieronymꝰ. Deteriꝰ in ꝑplis ꝑlati delinquūt: ac ꝑ hoc ipſi crudeliꝰ ꝙ ceteri puniētur. Vñ etiā Gregꝰ. Scire ꝑlati debēt: qꝛ ſi ꝑuerſa ꝑpetrāt: tot mortibꝫ digni ſūt: quot ad ſuos ſbditos ꝑditiōis exēpla trāſmittūt. Vñ neceſſe eſt vt tāto ſe cautiꝰ a culpa cuſtodiāt: quāto ꝑ prauā q̄ faciūt nō ſoli moriūtur. Vñ ⁊ Bern̄. Grauiori et ꝑiculoſiori debito tenent̄ aſtricti: q̇ ꝓ m̄ltis aīabꝫ reddituri ſūt rationē. Cur etiā homo hoc appetis: quo adepto plerūqꝫ ꝯfuſionē nō euadis. Nēpe īdiſciplinati mores ſubiectoꝝ nō mediocrit̄ faciūt ad ꝯfuſionē rectoꝝ. Vñ Chryſo. Quēadmodū vidēs arborē folijs pallētibꝫ marcidā: ītelligis qꝛ aliquā culpā habet circa radicē: ita cū vides populū indiſciplinatū ſine dubio cognoſce qꝛ ſacerdotiū eiꝰ non eſt ſanū. Vñ Ambroſius in defectu correctiōis: pudoris verecūdiā

recognoſcens: dicit. Quid ḡ vos arguo cū poſſitis me vno ſmone cōuincere? Conuincor eni̅ cū in hac parte clericos vob̄ magis video neglige̅tes. Quō eni̅ poſſū corrigere filios: cū patres eme̅dare nō poſſū? Aut q̄ fiducia ſucce̅ſea̅ laicos: cū a cōſortib9 pudoris verecūdia oticeſca̅? hec Ambro.

## De carentia epiſcopatus et prelature. Capl'm. v.

Sane ipſe ep̄s ppt hoc nō eſt ab ipſius etiā ppli correctiōe excuſatus: quia vt Beda teſtat. de manu epi̅ peccata ppli req̄rūtur. Tu i̅ſup q̄ epiſcopatū deſideras: audi terribilē Auguſtini ſententiā. Cogitet inq̄t religioſa prude̅tia tua. nichil apō deū miſerabili9 aut dānabili9 epi̅ aut preſbiteri officio ſi pfunctorie aut adulatorie res agatur hec Aug9. Sed pfecto q̄ vix vnq̄ȝ res hec agi valeat niſi pfūctorie ⁊ p ↄſeque̅s dānabiliter: patet ppt maximā difficultatē i̅ regendo. Vn̄ Greg9 nazanzen9. Quāuis inq̄t pdifficile ſit ſcire regi. id eſt. rege̅ti ſe obte̅perare: m̄lto difficili9 eſt ſcire alios regere. Cui9 ſcȝ regiminis: quāto ſpes ⁊ gl'ia maior eſt: tāto piculū q̄ppe graui9 habe̅tib9 intellectū. Nā et ſi quid eſt in rectore vitioſum

morib⁊: facile in eos q̄ ad obtemperandū ei
p̄ſto ſunt trāſfundit: ⁊ multo facilius malū
ab eo trāſit: q̄ſi q̄d in eo virtutis ⁊ īduſtrie
fuerit. Hec Greg⁹. Ex p̄dictꝫ ꝑfecto patet:
q̄ pauꝑculis clericis vel monachis ciuib⁹
q̄ꝫ ⁊ mechanicis īfinitꝫ: nō p̄ſſis curis ſuꝑ-
fluis: ob ānimoꝝ ſuoꝝ libertatē ⁊ periculoꝝ
elōgationē multo meli⁹ ſit q̄ꝫ ceteris in di-
gnitatib⁊ q̄buſcūq̄ꝫ ꝯſtitutis. Gaudeāt ergo
tales ⁊ deo gratias referāt: q̄ꝛ eos de mltis
liberauit periculis. Sꝫ nō obſtātib⁊ p̄dictꝫ
p̄latoꝝ periculis: heu multi ābitioſi hodie
ad curas ⁊ dignitates aſpirāt eas affectādo
⁊ q̄nq̄ꝫ nimis īportune ſe ad ipſas ingerūt
eas ꝑ ſe vel alios ꝓcurādo. Et inſuꝑ quidā
epī ⁊ ceteri p̄lati ad aliā eccleſiā pinguiorē
ꝓmoti: nichilomin⁹ eccl'ie p̄oris q̄rūt etiā ꝓ-
uiſores ad tēp⁹ inſtitui: pōnētes lapidē ſuꝑ
lapidē ne intrēt in gloriā dei: habētes quidē
vnā eccl'iam ītitulatā: volūt habere ⁊ aliā cō-
mendatā: ⁊ quā ātea male ſolā rexerāt: eidē
poſtea cū alia bene ꝓuidere p̄ſumūt. Ve ḡ
iſtis miſeris ⁊ iteꝝ ve: q̄ꝛ ad hec vt pluri-
mū mouētur ex auaritia ⁊ ābitione. Taceo
de guerris epoꝝ: ex q̄b⁹ ſepi⁹ ſautiātur cō-
ſciētie eoꝝ. Accipiūt a regib⁊ ſeu īperato-
rib⁊ regalia q̄ſi ꝑ hec in guerris excuſarent

a culpa. Sed ꝑfecto reges ⁊ iꝑatores po
tiꝰ deberēt ab ep̄is accipe cilicia ⁊ cetera pe
nitētie arma. Pertrāseo de ſupfluis ep̄oꝝ et
alioꝝ p̄latoꝝ expenſis cū amicis carnalibꝫ
⁊ pſonis īutilibꝫ ac idignoꝝ ꝓmotionibꝫ: q̄
etiā ad ipſoꝝ ep̄oꝝ aut p̄latoꝝ nō modicum
faciūt piculū. Denicꝫ maledicta peſtis ābiti
onis heu totā iā īfecit religionē xp̄ianitatis
⁊ ſcādalū toti mūdo parturit tā in clericis q̄z
in religioſis. Et vtinā ābitioſi attēderēt v̄ba
dn̄i: qbꝫ ꝯtra eos inuehitur quodā loco euā
gelij dicens. Ve. id eſt. eterna dānatio vob̄
ſcꝫ iminet qui diligitis primas cathedras.
Ve q̄ppe in ſacra ſcriptura notat eternā dā
nationē ⁊ gehēne ſuppliciū. Sꝫ heu: hec di
ctio: huiꝰ ſcl'i peregrinationē ⁊ p̄ſens exiliū
Vn̄ Chryſoſt. Hec dictio. ve: ſemp in ſcri//
pturis dicit' de his q̄ nō poſſūt euadere a fu
turo ſupplicio. Et vide q̄ dn̄s nō dicit: q̄ ha
betis: ſꝫ q̄ diligitis: nō arguēs ⁊ vituperās
eos q̄ his vtunt' ex officio ⁊ ordine: ſꝫ eos q̄
hec dū habēt amāt: vl' dū nō habēt affectant
qd ꝓcedit ex ābitione. Vn̄ ⁊ Gregꝰ in mo//
ralibꝫ. Cui eſſe nūc iudicē libet: huic videre
tūc iudicē nō libet. Nō dic. q̄ iudex eſt: ſꝫ cui
eſſe iudicē libet: aīm videt nō gradū redar//
guēs: ⁊ ad volūtatē nō ad factū vituꝑatiōe;

referēs. Cui aūt videre iudicē tūc nō libet de numero reproboꝝ ſe eſſe nō dubitet. Sic enī electi tūc de viſiōe iudicis gaudebūt: q2 appropinq̄t eoꝝ redēptio: ſic reprobi de viſi one iudicis dolebūt. q2 appropinquat eoꝝ ꝑditio. Si aūt: vt dic Chryſo. diligere ta lia eſt īcuſatio: q2 malū ē ſtudere vt his aliq̄s potiaꝛ. Sane ſi q̄s dignitatē ꝑ bono obedi entie ſine affectiōe ⁊ cōplacentia ſuſcipit et tenet: ſic eſt meritoꝛiū. Si vero affectio et ꝯplacētia accedit: ſic eſt moꝛtiferꝝ. Quicūq3 iſta bene pēſaret: miꝝ ſi vnq3 principatū nō habitū affectaret: vel habitū ex coꝛde dilige ret: niſi omnino cecus ⁊ īmemoꝛ ſue ſalutis exiſteret. De iſtis tn̄ cecis ⁊ ſue ſalutis obli tis: heu hodie multi ſūt qui principatū quē diligūt: ſue ſaluti ꝑ̄ferre nō metuūt.

In dignitatis ac- ceptatio.

¶ Sext9 liber cōtinet conſolationū remedia oportuna cōtra turbatiua que opponūtur parētele et generis nobilitati. Et habet capl'a. vi.


i ¶ De ꝯſolatōe ſup carētia mag^e parētele.
ii ¶ De carentia liberoꝝ.
iii De carētia fratrū ⁊ ꝯſanguineoꝝ.
iiii De carētia ⁊ defectu nataliū honeſtoꝝ.

v ¶ De carentia nobilitatis. ¶ tate
vi ¶ De aliquorum de parentela vilitate vel indigni-
¶ De conſolatione ſuper carentia magne parentele. ¶ Ca. i.

P Rimo igr̃ parentelã ꝑ magnã habere nõ deſideres: q꞉ malũ tuũ deſiderares. Niſi enĩ ad omne beneplacitũ cuiuſuis eoꝝ fueris: apd ipſos ſpret⁹ ⁊ ↄtẽptus haberis. Si aũt ad eoꝝ beneplacitũ te forſitan exhibueris: cũ de licitis ⁊ honeſtis hoĩes ſeculi nõ cõſueuerũt ↄtentari: mala plurima ſpũalia ⁊ corporalia euadere nõ poteris. Rurſũ ſi caput parentele fueris: quãto ex maiori ꝑſonaꝝ numero illa ↄſtiterit: tãto maior cura te mouet: maloꝝꝗ; iſtãtia et maior vexatio te grauabit. Porro ſi tu nõ caput ſed vn⁹ de cauda fueris. niſi mltitudini q̃ mẽte ↄfuſa ẽ ↄſētias miſer eris: ⁊ tanꝗ; nõ ſis parentat⁹ ab oĩb⁹ derelĩqrĩs. Quid ḡ lucri: q̃d cõmodi vel ſolatij attulit tibi parẽtele magnitudo: niſi forte ignominiã. qñ vl̃ vitijs claritudinẽ tuã ⁊ ſuã macula bũt: vl̃ paupertate ſi ĩcõſtãs fortuna eos deſeruerit: gloriã tuã ⁊ gen⁹ humiliabũt. Deniꝗ; ſi tu bñ ꝑſpexeris: ob modicã parẽtelã pauciora incõmoda ſuſtinebis:

q̄z ſi totā vrbē replere vl' patriā etiā viderentur. Scias etiā q̄ cui' magna eſt parētela: requirit etiā q̄ magna ſit eius expenſa: que mlt'otiēs fieri nō poteſt ſine graui dei offēſa. Si abūdat: eſt qui petat ſubſidiū q̄d etiam īpendere nō eſt licitū. Si vero ſit min' abūdans ꝛ forte paup'tate dep̄ſſus: quanto maioris et clarioris parētele fuerit: tanto maiorē etiā a ſuis ꝯtēptū ſuſtinebit. Verecūdant eū cognatū recognoſcere: verecūdat ꝛ ipſe hoc corā extraneis aſſerere: timēs ſe ob h̄ ſpuriū reputari. Nec min' verecūdat labore miſer victū q̄rere: dicere habet: fodere nō valeo mēdicare erubeſco. Tu ergo de magna ꝛ alta nō appetas eſſe parētela: ſꝫ de humili ſis ꝯtētus ꝛ parua.

## De carentia liberorū. Ca. ii.

Porro ſi liberis careas nō mlt'ū doleas neſcis enī q̄les eſſēt q̄s haberes. Nā vir poteſt eſſe q̄ ī eis vl' eoꝝ vxorib' aut maritis filiaꝝ vl' ī filijs filioꝝ aut filiab' defectū aliquē repies te medullit' ꝯtriſtantē. Melius ē videt eſſe cordi tuo vt liber ſis a liberis: ne liberi te diuerſis modis occupātes a te tollāt animi libertatē. Pertimeſcendū valde ē ſi mlt'as habeat q̄s p̄les: corq̄z parētis exagitat circa trāſitoria: nec curat quo

modo habeat dūmodo mlta habeat. Vn̄ beat⁹ Greg⁹ i moralib⁹ Job. sup illo passu. Nati sūt ei filij septē. Sepe ad auariciā cor parē tis allicit fecūditas ꝓlis. Eo eni ad ābitū ꝯgregāde hereditatis accēdit: quo multis heredib⁹ fecūdat. hec Gregorius.

## ¶ De carentia fratrū et consangui neorum. ¶ Capitulū. iij.

Ursū de carētia fratrū vl' ꝯsāguineoꝝ nō doleas: q2 vl' sic est ꝙ habitos dilige res: vl' nō diligeres. Si ipos nō diligeres vtq̄d eos habere velles? Si ꝟo ipos dilige res: teipm̄ i regno celesti plurimū īpedires. Quippe ſuire deo regnare ē. Sz ꝑfecto q̄ deo ꝑfecte ſuire desiderat: necesse ē vt carnalē cō sāguineoꝝ affectionē postponat. Vn̄ ābrosi⁹ Cui portio de⁹ est nichil debet curare nisi deū: ne alteri⁹ ipediat necessitatꝭ munere. Qd' ei ad alia officia ꝯfert: h̄ q̄dē religiōis cultui decerpit. Hec eni ꝟa ē sacerdotꝭ fuga: abdi cacio domesticoꝝ: ⁊ q̄dā alienatio carissimo rū: vt suis se abneget q̄ ſuire deo gestit vel eligit: hec ābrosi⁹. Insup si fratres vel ꝯsan guineos habere desideras: cura de spūalib⁹ de quib⁹ in libro patrū sic legit. Sunt or nati morib⁹ ⁊ caritatis vinculis velut qua

dam germanitate ꝯſtricti. hec ibi. Et nõne magis ꝗ carnalis ꝓa ē illa fraternitas vl' cognatio: quã nõ ſãguis vicinitas. ſꝫ moꝝ ꝯformitas ⁊ aĩoꝝ vnitas in xp̄i caritate ſolet ꝯpari. Vñ Hieronym⁹. Uera illa neceſſitudo eſt ⁊ xp̄i glutino copulata: quã nõ vtilitas rei familiaris. nõ p̄ntia tm̄ corpoꝝ: nõ ſbdola ⁊ palpãs adulatio: ſꝫ dei timor ⁊ diuinaꝝ ſcripturaꝝ ſtudia ꝯciliãt. hec Hieronym⁹. Deniqꝫ nõ carnalis fraternitas ſiue ꝯſãguinitas heredes regni ꝯſtituit: ſꝫ q̄ꝝ eſt pulcra ⁊ caſta generatio cũ caritate: hoꝝ fraternitas ſeu cognatio tãqꝫ filioꝝ dei p̄ris heredes dei ꝯſtituit: coheredes aũt xp̄i. Ex his igit' reſtat ꝙ de cog̃tiõe carnali mĩme ē curãdũ: ſꝫ de ſp̄uali illoꝝ quibꝫ eſt in hereditate ſalutis eternaliter congaudendũ.

## ¶ De carentia et defectu natalium honeſtorum. ¶ Ca. iiii.

P Reterea de defectu nataliũ n̄ erubeſcas qꝛ ſi tu ſis honeſt⁹ nõ ē tibi curãdũ q̄libꝫ parẽtibꝫ ſis nat⁹. Vñ Aug⁹. Undecũqꝫ hoĩes naſcant': ſi parẽtũ vitia nõ ſectant' honeſti ⁊ ſalui erũt. Vñ Chryſo. Nũqꝫ de vitijs erubeſcam⁹ parẽtũ: ſꝫ vnũ illud q̄rem⁹ vt ſꝑ ãplectem² ꝟtutẽ. Vñ etiã Hieronym⁹

Naſci de adulterio nõ eſt ei⁹ culpa q̃ naſcit᷑: ſʒ illi⁹ q̃ generat. Et iterũ. Dñs nr̃ ieſus xp̃s voluit nõ ſolũ de alienigenis: ſʒ etiã de adulterinis ꝯmixtiõibꝫ naſci: nob̃ magnã fiduciã pſtãs: vt q̃licũq3 modo tñ vt ei⁹ veſtigia imitemur ab ipſi⁹ corpore nõ ſeparem᷑: cui⁹ p̱ fidẽ mẽbra effecti ſum⁹. hec Hieronym⁹.

## De carẽtia nobilitatis. Ca. v.

Qeter de ignobilitate generis nõ turberis: q2 ſi velis pſtantiorẽ nobilitatem ꝯſequi poteris. Hec pfecto illa eſt: que non ꝛ diuitijs tẽporalibꝫ. ſed ex theſauris orit᷑ ſpũalibꝫ. Vñ in decretoꝝ volumine dicit᷑. Nos qui poſſum⁹ nõ ex locoꝝ vel generis dignitate: ſʒ moꝝ nobilitate ĩnoteſcere debemus. Uerũ q̃d de ea generis nobilitate multũ curas quã de⁹ paꝝ curas. Vñ Hierony. Sola apud deũ libertas eſt nõ ſuire pctĩs Sũma apud deũ nobilitas ẽ claꝝ eſſe virtutibꝫ. Vñ ꝛ Chryſo. Ille clar⁹ ẽ: ille ſblimis ẽ. ille nobil᷑: ille tũc ĩtegrã nobilitatẽ ſuã putet ſi dedignet᷑ ſuire vitijs ꝛ ab eis ſupari. Vñ ꝛ iteꝝ Hiero. Ille apd̃ deũ p̄eſt potior: nõ quẽ nobilitas generꝫ: nec dignitas ſclĩ ſʒ quẽ deuotio fidei ꝛ ſancta vita ꝯmendat. Et ideo vt hortat᷑ idẽ Hieronymus. Nulli te vnq3 de generꝫ nobilitate p̄pones: nec ob

ſcuriores quoſlibet et humili loco natos te inferiores putes: neſcit religio nr̄a pſonas nec ↄditiões hoīm ſ3 aīas iſpicit. hec Hie. Igit̄ ſaltē apud religioſas mētes inter nobiles genere ꝛ ignobiles nō eſt differētia: q̄ ſi forte apd̄ nō religioſos fuerit: nō eſt cura Attēde etiā q̄ pleruq̄ȝ nobilitati vitiū ē āne xū: ꝛ ideo de ea min⁹ ē curādū. Vn̄ Hieron. Pleruq̄ȝ nobilitas carnis ignobilitatē parit mētis. Vn̄ ꝛ Greg⁹. Nōnulli ſolet nobilitas generꝫ parere ignobilitatē mētꝫ: vt min⁹ ſe in h̄ mūdo deſpiciāt: q̄ pl⁹ ſe ceteris aliq̄d fuiſſe meminerint. hec Greg⁹. Sed pfecto meli⁹ eſt nobilē hoīem habere iteriorē ꝛ mentē: q̄ȝ exteriorē ꝛ carnē: q2 ſcd̄m mētē homo eſt fact⁹ ad dei ymaginē: ꝛ mens ſuperior pars eſt anime ꝛ caput ei⁹. Minime etiā te poteſt īpedire ignobilitas generiſ ne gl'ioſus efficiaris. Vn̄ Chryſo. Quid pdeſt ei quē ſordidant mores clara gn̄atio? Aut q̄d illi generatio vilis quē mores adornant Ipe eī vacuū ſe ab oībꝫ bonis actibꝫ oſtēdit q̄ gl'iat̄ı pn̄bꝫ. Et iterꝫ. Meli⁹ ē de ↄtēptibili genere clarꝫ fieri: q̄ȝ de claro genere ↄtēptibilē naſci. Qui em̄ de claro clar⁹ naſcit̄. gl'ia claritudinis ei⁹ nō eſt ei⁹ ſolius: ſed etiā ꝛ generis. Qui aūt de ↄtēptibili genere cla

rus egredit᷑: tota glia claritudinis eiꝰ eſt ſo
luꝰ. Qui ꝟo de ɔtēptibili genere ɔtēptibilis
naſcit᷑: oīs turpitudo illiꝰ eſt eiꝰ ſolius. Ideo
meliꝰ eſt vt in te glorient᷑ parētes q̄ȝ tu in pa
rētibꝰ. hec Chryſo. Multo ḡ meliꝰ ē nobilē
eſſe ſeu pfectū in pſona ppa ſiue p ɔditiōes
pſonales et q̄ſi eſſentiales: q̄ȝ p ɔtractas a
parētibꝰ ɔditiones extrinſecas ⁊ quaſi ac-
cidētales. Si q̄d eni boni in nobilitate eſt
illd̓ ſolū in ꝟtute ɔſiſtit. Vn̄ Hierony. Ni-
chil alid̓ video in nobilitate appetēdū: niſi q
nobiles quadā neceſſitate ɔſtringunt᷑ ne ab
āntiquoꝝ pbitate degenerēt. Vn̄ ⁊ Boetiꝰ.
Si q̄d eſt in nobilitate bonoꝝ id eſſe arbi-
troꝛ ſolū vt ipoſita neceſſitudo videat᷑ ne a
maioꝝ ꝟtute degenerēt. Igitur qualiūcūq̄ȝ
parentū filiꝰ dicaris: nō poteris eſſe igno
bilis niſi ſola opinione. Sed nobilis es in
veritate: ſi tn̄ nō p vitia te degeneraueris.

## De aliquorū de parētela vilitate vel indignitate. Ca. vi.

Demū inde nō turberis ſi de tua parētela
humiles q̄ſdā habes ⁊ ignobiles. Nā
ſi inde turbaris: h̄ ideo eſt: q2 inde verecū-
daris: qd̓ plane aſcribit᷑ tue ſupbie. Proīde
nimiꝝ tu deipis vt de magis humilibꝰ ha-

beres potiꝰ gliari: ⁊ ipſi de te tanq̄ȝ de ſupbo ⁊ vitioſo poſſent erubeſcere. Glorieris igit̄ de ipſis vt de exaltādis: ipſi ſ̄ꝫo de te erubeſcere poſſent: ⁊ tu magis de te humiliando Regula enī hec ſeu diuina ſentētia irreuocabilit̄ ſtabit. qua dicit̄. Qui ſe exaltat hūiliabit̄: ⁊ q̄ ſe hūiliat exaltabit̄. Cōſulo itaq̄ȝ vt pares tibi illos eſtimes ⁊ ſi nō maiores: muta iudiciū ⁊ te eſtimes viliorē ⁊ īferiorē vl̄ ſ̄m iteriorē hoīeȝ. Et certe verꝫ eſtimares ſi nō mūdi iudicio: tn̄ celi. ꝑ vt patebit ī iudicio vniu̾ſali. Quid igit̄ tibi de exteriori nobilitate generꝫ. ⁊ cur de igbilitate exteriori aliq̄ꝝ tue parētele erubeſcꝫ. Sūt enī illi forte magni corā deo faciēte h̄ corꝝ hūilitate q̄ꝝ iterioris nobilitatꝫ claritas euidētiꝰ finalit̄ apparebit: q̄n nobiles mūdi obſcurabunt̄ ⁊ in exteriores tn̄bras mittētur.

Septimꝰ liber cōtinet cōſolationū remedia oportuna cōtra illa turbatiua que opponūtur diuitiis ⁊ rerū facultati. Et habet capl̄a. v.

i De ꝯſolatione ſup diuitiaꝝ ſiue reꝝ tēporaliū carentia.
ij De ꝑditione pecunie ⁊ aliaꝝ reꝝ.

iij ¶ De abdicatiōe vl' relictiōe tēporaliū
iiij ¶ De paupertate.
v ¶ De penuria.

## ¶ De cōſolatiōe ſuper diuitiarū ſiue rerū tēporaliū carētia. ¶ Ca. i.

PRimo igitur triſtari nō debes de diuitiarꝫ ſeu rerꝫ tēporaliū carentia. propt̄ multa q̄ operari ſolent mala. Un̄ Bernardꝰ. Btūs q̄ pꝰ illa non abijt q̄ poſſeſſa nos onerant: amata inquināt: amiſſa cruciāt. Et iterꝫ. Diuitiarꝫ amor inſatiabilis lōge āpliꝰ deſiderio torquet aīam q̄ꝫ refrigeret vſu ſuo: vtpote quarū acq̄ſitio laboris: poſſeſſio timoris: amiſſio plena doloris eſt. hec Bernar. Un̄ ⁊ Auguſtinꝰ. Abijce a te diuitiarꝫ onera: abijce vincula nō volūtaria: abijce āxietates ⁊ tedia que te pluribꝫ ānis inquietant. Et iterꝫ Uēditis rebꝫ noſtris nullū maiꝰ carꝫ accepimꝰ preciū q̄ꝫ noſipſos: īplicati enī talibꝫ noſtri nō eramꝰ. Et iterꝫ. Aurꝫ āplius cruciat apud quē largius fuerit: aurꝫ amāti ſe nichil de ſua poſſeſſione pmittit: refūdit ei reatū ſuū cui vſū negat. Et iterꝫ. Aurꝫ eſt macula laborꝫ: piculū poſſidentiū: aurꝫ eneruacio virtutū: aurꝫ malus dn̄s: pditor ſeruus

q̄

Etitez. Morbus diuitiaꝝ eſt ſuꝑbia: nam grādis anim⁹ eſt qui inter diuitias iſto mor bo nō tēptatur: ſed maior animus diuitias vincēs ꝯtēnendo. hec Auguſtinus. Unde etiā Chryſoſto. Diuitiaꝝ ſequela ē luxuria ira intēperās: furor iniuſtus: arrogātia: ſuꝑ bia. oīſqꝫ irrationabilis mot⁹. Un̄ ⁊ Petr⁹ Rauen̄. Auri cuſtos: ſeruator argenti ſecu ritatē nō habet: neſcit q̇etē: ⁊ cui deeſt ſecu ritas q̇es perit: pena diues eſt ille ⁊ nō cē ſu. Un̄ ⁊ Beda. Familiaris res eſt: huma nū cor opibꝫ ac libertate diſſolui: erūnis ꝟo ac paupertatibꝫ ad ſemetipſum recolligi. Deniqꝫ mīcū eſt difficile habere diuitias ⁊ cor nō apponere: dicente dn̄o in euāgelio. Ubi ē theſaur⁹ tu⁹ ibi ⁊ cor tuū. Sꝫ piclośu valde eſt cor apponere: immo ⁊ mortiferum. Corde enī ſpinis attracto: neceſſe eſt hoīeꝫ mori. Et certe diuitie ſūt ſpine. teſte ſalua tore in quodā loco euāgelij. Ubi ⁊ Greg⁹. teſtatᷣ dicēs: ꝙ diuitie ſpine ſūt: qꝛ cogitati onū ſuaꝝ pūctionibꝫ mentē lacerāt: et cum vſqꝫ ad peccatū pertrahūt: q̄ſi inflicto vul nere cruētāt. hec Greg⁹. Bene igitᷣ ē morti ferꝝ cor apponere. Un̄ ⁊ ne h̄ piculū incur ram⁹. ꝓmonuit nos dn̄s ꝑ os ꝓphete dicēs Diuitie ſi affluāt nolite cor apponere. Ma

ior enī cura eſt ſibi de corde: a quo depēdet
īterioris hoīs vita ſpūalis: ſicut a corde car
nali vita carnis. Sine aūt magno piclo po
teſt man⁹ apponi hmōi ſpinis: nō ad eas ma
nu ↄprimendū ſiue ↄcludendū: ſꝫ amouen
dū ꝑ largitionē elemoſinaꝝ: aperiendo lar//
gā manū ad diſtribuēdū. Inſup diuitie poſ
ſeſſe ſaltē abſqꝫ prōptitudīe eas relinqndi
ꝓpt deū: diſciplinatui xpi derogant. Unde
ipſe xps in euāgelio. Qis inqt qui nō renū
ciauerit oībꝫ que poſſidet: nō poteſt meus
eſſe diſcipulus. Et pter pdicta mala attēde
qd dr i Eccl'iaſtico. Si diues fueris nō eris
imunis a delicto. Et rurſus in euāgelio. Qꝛ
diues difficile ītrabit in regnū celoꝝ. Igit
his oībus malis ↄſideratis: attende verba
Bernardi dicētꝫ. Querat diuitias pagan⁹
qui ſine deo viuit: querat iude⁹ qui terrenas
ꝓmiſſiones accepit. Sed qua mēte xpian⁹
diuitias q̄rit poſtqꝫ xps btōs eſſe paupes
pdicauit? Et ſectare illō ſalubre Ciceroīs
documentū vtilitatis pariter ⁊ honeſtatis
Plenū diuitijs inqt ſine diuitē eſſe: tu vero
pſeruitutē diuitijs. Nā ſi voles diuitias cū
ꝟtute ↄparare. vix ſatis idonee tibi videbū
tur diuitie q̄ ꝟtutis pediſſeque ſūt. hec ille
Et ideo legit de Socrate thebano: q cū ad

philoſophādū athenas pgeret: nō putās ſe poſſe ⁊ virtutes ſimul ⁊ diuitias poſſidere: magnū pōdus auri in mare proiecit dicēs Abite peſſime diuitie: ego vos mergam ne ego mergar a vob. Non ſolū ḡ carendū eſt diuitijs: ſʒ ſūt etiā ſpnēde atqʒ abijciēde: nō tamē inutiliter ſʒ in vſus paupez meritorie: ne ꝯcutib⁹ obiccē ponāt. Et euacuādū eſt cordis ſcriniū ab eis ne ipm onerēt ⁊ inqetent Vn̄ Hieron̄. Si inqt habes vēde ⁊ da pauperib⁹: ſi nō habes grādi onere liberat⁹ es Fertur aūt ⁊ Bernardū: audito ꝙ ſexcēte marce p quendā abbatē ſibi trāſmiſſe: eſſet ſpolio ꝑdite: hec ꝟba dixiſſe. Benedict⁹ de⁹ q nob pepcit ex hoc onere. Sʒ ⁊ de diogene legit: ꝙ cū ei a capite fur de nocte ſacculū cū nūmis ſubtrahere conaret. tolle inqt infelix vt facias vtroſqʒ dormire. Ex p̄dictꝭ ergo breuit collige ꝙ virtutes ſunt opibus p̄ferēde. Qꝛ ſcðm Bernardū: vere diuitie nō opes: ſʒ virtutes ſūt: quas ſecū ꝯſciētia portat vt in eternū diues fiat.

## ¶ De perditione pecunie et aliarū rerum. ¶ Caplm. ii.

INſup nō doleas de pecunie vel aliaꝝ reꝝ pditiōe ſiue alioꝝ dānoꝝ illatiōe

ſ3 potiꝰ gaude de tuipſiꝰ ꝯſeruatione vl' alia vtilitate. Vñ Seneca. Omnia ꝑdidiſti ſ3 cũ oĩbus perire potuiſti. Noli conqueri ꝙ incideris: gaude ꝙ euaſeris. Qui ſe habet nichil ꝑdidit. Et iterũ. Pecuniã ꝑdidiſti: o te felicẽ ſi cũ illa auariciã ꝑdidiſti: ſed ſi illa manet apd' te: es tanto felicior ꝙ̃ tãto malo materia ſbducta eſt. hec Sen̄. S3 nõne eſt melꝰ pecuniã vel alia temporalia: ⁊ cũ illis etiã auariciã ꝑdidiſſe: ꝙ̃3 in ꝑiculo ꝑditiõis ſuipſiꝰ manſiſſe? Audi adhuc ⁊ alia verba eiuſdẽ. Pecuniã inq̇t ꝑdidiſti: ⁊ illa ꝙ̃3 mul/tos: eris nũc in via expeditior: domi tutior: exonerauit te fortuna ſi ĩtelligis: ⁊ tutiore poſuit loco. Dãnũ putas ſ3 remediũ ẽ. defles gemis. miſerũ te clamitas ꝙ opibꝫ excuſſus es: tuo vitio iſta tibi iactura tã triſtis eſt: nõ tã moleſte ferres ſi tanꝙ̃ ꝑditurꝰ habuiſſes. Hoc etiã te poterit ꝯſolari: q2 forte res illas quarũ amiſſionẽ deploras nõ ſemꝑ habuiſti: Vñ Gregꝰ. Magna ꝯſolatio in rerũ amiſſione eſt illa tẽpora ad mentẽ reducere: quibꝫ nos ꝯtingit res quas ꝑdidimꝰ nõ habuiſſe: vt dũ vnuſquiſq3 ĩtueť ꝙ aliqñ illa nõ ha/buit: dolorẽ tẽperet qđ amiſit. hec Gregꝰ. Itẽ ex hoc merito debes ꝯſolari: q2 tua nõ erãt que ꝑdidiſti. Audi de hoc exẽplũ qđ Senc

ca narrat de quodã. Stilbõ inqt capta pria amiſſis liberis: amiſſa vxore. cũ ex incẽdio publico ſolus ⁊ tamẽ beatꝰ exiret: interrogatꝰ a demetrio nunqd oĩa perdidiſſet. Reſpondit: nichil perdidi. oĩa bona mea mecũ ſũt. Iuſticia. fortꝰ. prudẽtia. Nichil eni bonũ putare potuit niſi qd eripi nõ poſſet. Unde Ambro. Nõ ſũt inqt bona hoĩs q̃ ſecũ ferre nõ põt. Scias etiã q ablatio ſeu priuatio rerũ intris amatarũ magnũ parit fructũ. Vult eni deꝰ q homo iã celeſtis factꝰ. deũ pure diligens ⁊ q̃ ſurſum ſunt ſapiẽs: minimã curã habeat de his q̃ ſunt ſuper terrã: ⁊ q amores hoĩs a deo ſe nimis nõ elõgent: preſertim ad terrena. Demũ ſancti viri rebꝫ amatis etiã licitis ſe priuare ſolẽt. vt ab illicitis faciliꝰ ſe abſtineãt. Un̄ Gregꝰ. Habẽt inqt ſãcti hoc propriũ nã vt ſemper ab illicitis longe ſint: a ſe plerũqꝫ licita abſcindũt.

## De abdicatione vel relictione temporalium. Ca. iii.

Ceterũ nõ triſteris de abdicatiõe ⁊ relictione tẽporaliũ: nec timeas defectꝰ eorũ. Un̄ Chryſo. Animalia fecit deꝰ propter hoĩem: hoĩem propter ipſum. Un̄ Hugo in didaſcalicõ. Vide homo dicit mũdꝰ quõ ama

uit te qui propter te fecit me: ſeruio tibi qꝛ factus ſum propter te vt tu ſeruias illi qui fecit me ⁊ te: me propter te ⁊ te propter ſe: ſi ſentis beneficiū redde debitū: ſi accipis benignitatē redde caritatē. hec Hugo.

## ¶ De paupertate. ¶ Ca. iiii.

SI ergo aīalꝫ miniſtrat ꝓpter hominē: quomodo hominibꝫ non miniſtraret ꝓpter ſeipſū? Vñ ⁊ Hierony. Paupꝛtatē times: ſꝫ btōs paupꝛes xp̄s appellat: de cibo cogitas ſꝫ fides famē nō timet. Sꝫ ⁊ pſalmiſta dicit Iacta cogitatū tuū i dn̄o ⁊ ipſe te enutriet Unde ⁊ Thomas de aquino. Licet ille qui dat oīa ꝓpter xp̄m ſbtrahit ſibi aliqđ auxiliū vite: nō tn̄ omne. qꝛ adhuc manet ei auxiliū diuine ꝓuidētie: q ei in neceſſarijs nō deerit ⁊ fideliū deuotio. Et iterū. Ille qui dimiſſis oībꝫ ꝓpter xp̄m ſpem habet vt ſuſtētet a deo nec pſumptuoſus eſt nec tēptat deū: tū qꝛ fiduciā debitā de deo habet ex diuina auctoritate ↄceptā: tū qꝛ remanēt fideles deuoti ꝑ quos ei poteſt ⁊ debet ſatiſfieri. Vñ etiā Auguſtinꝰ. Tu xp̄iano: tu dei ſuo: tu bonis operibꝫ dedito. tu dn̄o ſuo caro aliqđ exiſtimas defecturū: an putas ꝙ qui xp̄m paſcit a xp̄o ipſe nō paſcat? An putas terrena deerūt qbꝫ celeſtia ⁊ diuina tribuūtur? Unde hec

incredula cogitatio? vn̄ ipſa ꝛ ſacrilega me
ditatio? Audi ꝛ Hieronymū. Xp̄s inq̄t eſt
oīa: vt q̄ ꝓpt xp̄m oīa dimiſerit: vnū iueniat
p oib9: ꝛ poſſit libere clamare: pars mea dn̄s
Vn̄ Aug9. Nō diſpliceat tibi paup̄tas tua
nichil pōt ea diti9 inueniri. Vis noſcere q̄
locuples ſit: celū emit. Unde etiā Chryſo.
Paup̄tas inq̄t eſt port9 trāquill9: nichl' opu
lēti9 eo q̄ paup̄tatē ſpōte diligit ꝛ cū alacri
tate ſuſcipit. Vn̄ ꝛ Leo papa. Sēp diues
eſt xp̄iana paup̄tas: nec p̄ſet in iſto mundo
indigētia laborare: cui donatū ē in oīm rex
dn̄o oīa poſſidere. Operātib9 ḡ q̄ bona ſūt
nō oīno eſt metuēdū. ne eis deſit facultas op̄e
rādi. hec ille. Nēpe ꝓpt paup̄tatē volunta
riā a deo amaris. Vn̄ Caſſiodor9. Paupe
res xp̄i ſūt vitijs vacui: ſed virtutib9 pleni
ſūt deſpecti hoīb9: ſ; acceptabiles deo. Itē
p eā ad p̄fectionē vie: ꝛ ad patriā celeſtē mi
naris. Audi de p̄mo Origenē. Ille inq̄t qui
vt; fieret p̄fect9 tradidit bona ſua paup̄ib9
nō in ipſo tēpore quo tradidit fiebat oīno
p̄fect9: ſ; ex illa die icepit ſpeculatio dei ad
ducere eū ad oēs virtutes. Vn̄ ꝛ Ambroſi9
Silēdi patiētia: oportunitas loquēdi: ꝛ cō
tēpt9 diuitiaꝝ ſunt maxia fundamenta vir
tutū. Audi de ſc̄do Chryſoſtomū. Paup̄tas

eſt manuductrix quedã linea que ducit ad celũ. Un̄ ⁊ Auguſtin⁹. Uia celi eſt pauptas p̄ quã venit̄ ad patrē. Incipe erogare ſi nō vis errare. hec Aug⁹. Inſup pauptas ꝯfert q̄etē. Un̄ Greg⁹. Quid in hac vita laborio ſius q̄ȝ terenis deſiderijs eſtuare? Quid q̄eti⁹ q̄ȝ nichil hui⁹ ſeculi appetere? Itē confert ſecuritatē. Un̄ itidē Greg⁹. Magna eſt ſe curitas cordis nil ꝯcupiſcētie habere ſecu laris: q̄ nichil habet in mūdo qđ diligit: ni chil eſt i mūdo qđ ptimeſcat. hec Gregori⁹. Itē tanq̄ȝ mater ⁊ nutrix cuſtoſq̄ȝ mūdiſſi me religionis eſt. Un̄ Jacob⁹. Religio mū da ⁊ imaculata eſt imaculatū ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. Qđ gloſator ſic declarat. Qui inq̄t tēporalia nō diligit: immaculatū ſe ab hoc ſeculo cuſtodit. Cōſtat aūt q̄ tēporalia nō diligere ꝑpriū eſt volūtarie pauptatis. Deniq̄ȝ pauptas volūtaria graue iugū ſui tutis excutit. Un̄ dicit̄ i Eccl'iaſtico. Pecu nie obediūt oīa. Et certe obedire cui oīa obe diūt ſcȝ pecunijs: eſt ꝓculdubio tāq̄ȝ irratio nabilis dn̄i valde graue iugū ſuitutis. Et certū eſt q̄ ab illo iugo ſuitutis q̄s paupta te volūtaria liber reddit̄ ⁊ immunis. Ideo etiā pauptas eſt expeditiua. Un̄ Gregori⁹. Qui michi on⁹ diuitiaꝝ abſtulit: ad currē

dū citiꝰ expediuit: ad patriā liberiꝰ inten/
dimus: qꝛ q̄ſi in via pondere caremus. Itē
eſt medicinalis: ⁊ ſepe materiā ſbtrahit vi/
tijs. Vñ Gregꝰ. Quos moꝝ īfirmitas vul/
nerat: eoſdē paupꝑtatis medicina ſanat. Itē
paupꝑtas primꝰ gradꝰ eſt quo ad ꝑfectionē
aſcēdit. Vñ Saluatoꝛ āte oīa alia ad ꝑfe/
ctionē diſponētia: ſi vis inq̄t ꝑfectus eſſe:
vade vēde oīa que habes ⁊ da pauperibus
Ad ꝓpoſitū aūt de primo gradu. Euſebiꝰ
expꝛ̄ſſius eſt locutꝰ. Cū inquit celeſte regnū
in multis bonis ↄſideret: primꝰ gradꝰ ſcan
dētiū ipſoꝝ eſt: qui diuino ītuitu colūt pau
pertatē. Itē paupꝑtas meliorē ſortē accipit.
Regnū enī celoꝝ hereditarie eſt ipſoꝝ pau
peꝝ. Mobilia vero huiꝰ ſeculi ſunt diuitū.
Huiꝰ quidē ſortis diuiſio figurata videt in
libro geneſeos: vbi abraā filijs cōcubinaꝝ
largitus eſt munera: filio autē ſuo nato de li
bera dedit cūcta q̄ poſſidebat. Itē facit in
celeſtibꝫ abūdare. Per paupꝑtatē enī volūta
riā oīa ꝓpt deū relinquētē: poteſt hō theſau
ros in celo multiplicare vel augere. Huius
nimiꝝ rei teſtꝭ eſt ipſa veritas. Vēde inq̄t oīa
⁊ da pauperibꝫ ⁊ habebis theſauros in celo
Demū paupꝑtas volūtaria ipſū deū ↄſtituit
paupꝫis theſaurariū. Potēs enī eſt deꝰ depo/

ſitū paupīs fuare in illū diē eternitatis iu//
ſtus iudex. Rurſū de paupta tꝫ miſeria gau//
dere deberes ſi ſcires quāta ob illā tibi bona
accidere nt. Nēpe poſt verba illa pphetica.
Btūs qui ītelligit ſup egenū ꝛ pauperem:
ſeq̄tur in pphetia. In die mala liberabit eū
dns. Quibꝫ verbis alludēs Petrꝰ Rauen̄.
ſic ait. In die mala ſine cauſa accuſat pecca
tū quē paupertas excuſat: imo accuſari nō po
terit quē fames paupīs excuſauerit. Diē vo
malā videbit q̄ diē iudicij ſine aduocatione
paupīs ītrauerit. Hec ille. Nimirꝫ paupras
ſic eſt dei ꝛ paupīs vnitiua: q ipe deꝰ vult
oīno intelligi in pauperis pſona. Vn̄ Rauē.
Beatꝰ inq̄t qui intelligit ſup egenū ꝛ pau//
perē. Oremꝰ igitur vt ipe nobis intelligere
intelligēda cōcedat: q̄ ſe ſic in paupere in//
telligi demōſtrat: vt ipe q̄ celū tegit in pau
pere nudus: ſic eſuriat in eſuriente ſatietas
rerꝫ: in ſiciēte ſitiat fōs fontiū. Eſuriui inq̄t
ꝛc. Ecce deꝰ in celo panē comedit: quē paup
in terra pcipit: ꝛ qd̄ paup accipit in poculū
deꝰ ſibi teſtat̄ infuſum. Et quidē nō ſuffece//
rat dicere. Dediſtis michi mādūcare ꝛ bi//
bere: ſed pmittit. Eſuriui. ſitiui. q꞉ paruus
fuiſſet amoꝛ paupīs q paupere ſuſcepiſſet:
niſi ꝛ paſſiones paupīs aſſumpſiſſet. Nā ꝛ

amoꝛ verus nō ꝓbat nisi in paſſionib⁹. hec
Rauen̄. Poꝛro nō odias ꝑcioſā et amabilē
paupertatē: vtpote quam ipſe deus amat.
Huius ꝑfecto rei primū ⁊ infallibile ſignū
eſt: ꝙ dei filius eam ſibiipſi aſſumere voluit.
Nā ecce in euāgelio de matre eius dicitur:
ꝙ peperit filiū ſuū primogenitū: ⁊ pānis īuol
uit eū ⁊ reclinauit eū ī pſepio: q2 nō erat ei
loc⁹ in diuerſorio. Rurſum vbi dn̄s pro tri
buto ſoluendo petrū miſiſſe dicit ad piſcā-
dum. Gloſatoꝛ dicit: ꝙ tanta fuit paupꝑtas
xpi vt vn̄ tributū daret nō haberet. Rurſū
cū in tēplo ꝑdicaſſet: circūſpectis oīb⁹ cū iā
veſpa eſſet: exiit in bethaniā cū duodecī. vbi
gloſa dicit. circūſpect⁹. ſi qs eū hoſpicio ſu-
ſciperet. Tāte enī paupꝑtatis fuit: ⁊ ita nulli
adulat⁹. vt in tāta vrbe nullū īueniret ho-
ſpitiū. Rurſus de xpo illud Thren̄. itelligit
Recoꝛdare paupꝑtatis mee. Deniq3 paup-
tas xpi creſcēdo ꝓceſſit. Quippe ī natiuita-
te pānis īuolut⁹ eſt. ⁊ ꝑ domo habuit ſtabu-
lū: ⁊ ꝑ cuna pſepiū. Deinde nō habuit hoſpi
tium. Juxta illud qđ dixit. Vulpes foueas
habent ⁊ volucres celi nidos: fili⁹ aūt hoīs
nō habet vbi caput ſuū reclinet. In paſſio-
ne vero etiā ꝓpriis veſtibus ſpoliatus eſt.
Inſuꝑ vt dicit Bern̄. accedit ad ꝯſolatio-

nē paupez ipſa q̄ paſtoribꝫ exhibita eſt viſi-
tatio: ⁊ allocutio āgeloꝝ. Ue vobis diuiti-
bus qui hic veſtrā habetis ꝯſolationē vt nō
mereamini habere celeſtē. Ergo ꝯſolamini
ꝯſolamini popule meꝰ dicit emanuel. id eſt
nobiſcū deꝰ. Ipſe etenim ſaluos faciet: non
q̄ſcū qꝫ ſꝫ pplm ſuū a peccatis eoꝝ. Deniqꝫ
populū ſuū ꝯſolari venit: vtiqꝫ populū hu-
milē quē ſaluū faciet: nā oculos ſupboꝝ hu-
miliabit. Uis noſſe pplm eiꝰ. Tibi dereli-
ctus eſt paup. Ipē vero dn̄s ait. Ue vob̄ di-
uitibus qui habetis hic ꝯſolationē veſtram
vtinā in eo populo nos īueniri ſemp optemꝰ
cui nō dicit. ve: ſed quē ꝯſolabitur dn̄s deꝰ
ſuus. Quis enī ꝯſolet eos qui ſuā habent
ꝯſolationē: hec Bernar. Demū tu qui ꝓpt
pauptatē deſolaris: plenā vtiqꝫ ꝯſolationē
haberes ſi noſſes quāta pre diuitibꝫ benefi-
cia ⁊ fauores deꝰ oīpotēs impēdit et īpen-
ſurus ſit pauperibꝫ. Nā ecce xp̄s in pṙci-
pio doctrine ſue: beatos eſſe paupes pdica-
uit. Unde in euāgelio. Beati paupes ſpū.
Chriſtꝰ paupes dignos iudicat ſua menſa.
Unde ī Luca legūtur paupes ad cenā dn̄i
introducti. Deꝰ pauperes adiuuat. Un̄ in
pſalmo. Adiuuit pauperē de inopia. Deus
pauperes elegit. Un̄ Jacobꝫ. Nōne deꝰ ele-

git paupes in h̄ mūdo. Deꝰ exaudit paupes
Unde in psalmo. Desideriū pauperꝝ exau/
diuit dn̄s. Deꝰ memor est pauperꝝ. Unde in
psalmo. Non in finē obliuio erit pauperis
Deꝰ de pauperibꝫ est sollicitus. Unde iterꝫ
in psalmo. Ego aūt mendicꝰ sū ⁊ paup: dn̄s
sollicitꝰ est mei. Deus est refugiū pauperū.
Iuxta illd̓ psalmiste. Factꝰ est dn̄s refugiū
pauperi. Deus est pauperū fortitudo: teste.
Esaya ad deū loquēte. Factus es inq̄t forti
tudo pauperi: fortitudo egeno in tribulatio
ne sua Deus pauperes saluat. Un̄ psalmista
Parcet inq̄t pauperi ⁊ inopi: ⁊ aīas pauperꝝ
saluas faciet. Deus assumit paupes dereli/
ctos. Un̄ psalmista deo loq̄ns ait. Tibi de/
relictꝰ est paup. Deꝰ spes est pauperꝝ ⁊ exul/
tatio. Hinc Esaias dic. In ipso sperabunt
paupes: ⁊ in scto isrl' exltabūt. Deꝰ nōnūq̄
de pauperꝝ exequijs puidēs ipos ab āgelis
deportari facit ad locū q̄etis. Un̄ in Luca
dicit. Factū est vt moreret mēdicꝰ ⁊ porta/
retur ab āgelis i sinū abrae. Deniq̄ vt vno
verbo dicat. Tāta ē dilectio dei ad paupes
vt bonū vel malū qd̓ fit paupi: sibi reputat
fieri. Unde ipse dicit. Qd̓ vni ex minimis
meis fecistis michi fecistis.

## ¶ De penuria. ¶ Ca. v.

Poꝛro nō turberis de penuria q̄ p̄cedit habebis enī mãna qd̓ ſuccedit. Unde pplo iſraelitico in deuteronomio dictū eſſe repit. Afflixi te penuria ⁊ dedi tibi cibū mā na. Et ſequit. Dñs de9 tuus itroducet te in terrā bonā vbi abſqꝫ penuria comedes panē tuū: ⁊ reꝝ oīm abūdātia pfrueris. Iſtud im plebit in futuro ſuo modo: et nichilominus implet ad min9 pro ſuſtentationis neceſſita te etiā realiter in hac vita. Sane huius rei ipletionē is ſperare habet: qui viceuerſa dei volūtatē iplet: cuius executionē xp̄s ſibi p cibo deputat. Meus inq̄t cibus eſt vt faciā volūtatē ei9 qui miſit me. Qui ḡ h in h cibo ɔmunicāt tanq̄ʒ ſerui domeſtici ſciētes ⁊ ad iplētes volūtatē dñi ſui: nō miꝝ eſt ſi illis implet q̄ de victu p̄mittit. De penuria etiā ſeu indigētia vict9 ⁊ veſtit9 nō triſtaris: ſi h qd̓ ɔtra te ⁊ tibi ſimiles xp̄s in euāgelio di xit aduerteres. Nolite inq̄t ſolliciti eſſe di cētes: q̄d mādu cabim9 aut q̄d bibem9 aut q̄ operiemur: ſcit enī pat̄ veſter q᷑ his oībus indigetis. Querite ḡ p̄mū regnū dei ⁊ iu ſticiā ei9: ⁊ hec oīa adijcietur vobis.

Octau9 liber cōtinet cōſolationū re media oportuna cōtra illa turbati-

ua que opponūtur amicitie et ſocietati. Et habet capl'a .ix.

i ¶ De conſolatione ſuper carentia ſiue amiſſione amici.
ij ¶ De ſeparatione amicoꝝ.
iij ¶ De ꝑditiōe amicitie ſcʒ ātiq vl' ꝑoꝛis.
iiij ¶ De mala ſocietate ineuitabili.
v ¶ De carētia humani fauoꝛis.
vi ¶ De relictione ab amico.
vij ¶ De carentia t̄rene ꝯſolationis.
viij ¶ De ſolitudine ⁊ carētia ſocietatis.
ix ¶ De odio ⁊ inimicitia.

## ¶ De conſolatione ſuper carentia ſeu amiſſione amici. ¶ Ca. I.

PRimo igit̄ turbari nō debes de amici carētia ſeu amiſſione: quia ſi amicū ꝑdidiſti: hoc patiēter feras ꝑpt deū. Habebis enī corā deo felix ꝯmerciū. Nā terrena ꝓ celeſtibꝫ: peritura ꝓ eternis ꝯmutabis. ⁊ fiet tibi recōpenſatio ꝑpetua oīm ꝓpter xp̄m paciēter ꝑditoꝝ. Amicū ꝑdidiſti: ſi malus erat: noli dolere ꝓpter te: ipſe enī te forſitan perdidiſſet. Scriptū q̄ppe eſt. Cū ꝑuerſo ꝑuerteris. Poꝛro ſi bonꝰ erat: ꝗ̄ā nō ꝑdidiſti ſed

ipſum ad regna celeſtia pmiſiſti vt locū tibi
paret inter ſideras māſiones. Vñ Bernar.
Quādo nos moriēdo deſerūt quos amam⁹
nouerim⁹ eos nō in eternū relinqre nos mā
ſuros: ſ3 aliquātulū pcedere nos ſecuturos
De morte etiā amici boni ⁊ iuſti neqq̄ȝ ē tri
ſtandū: ſed poti⁹ gratulādū: tum ppt vtilita
tē ſuā: quia pericula ⁊ miſerias euaſit: tum
etiā propt noſtram: quia liberius q̄ȝ ante p
nobis apud deū intercedit. Deniqȝ q̄ de
morte amici gaudere poti⁹ debeas q̄ȝ dole
re: ſi tamē deū diligas ſicut debes: hoc ſic
aduertas. Nā multū amās perſonā gaudet
quādo ſibi volūtas illius innoteſcit: ⁊ q̄d p
iocali habere velit cui⁹ volūtati placere ſa
tagit. Profecto amicū tuū forſitā cari⁹ qd̄ i
mūdo habes iocale reputas: qd̄ quidē ſi deo
quē te ſup oīa amare pfiteris acceptabile
ſit ⁊ placitum ei: hoc quantum in te eſt cum
gaudio pn̄tabis: et volūtatē tuā volūtati di
uine cōformab. Vñ Hieronym⁹. Si nr̄os
defūctos plāgim⁹: quos tn̄ reſurrecturos
credim⁹: quid faceremꝰ ſi mori tantū preci
peret de⁹: volūtas eius vtiqȝ ſola ſufficeret
ad ſolatiū cui nullū pponere iubem² affectū
Et iterū. Placeat homini quicq̄d deo placet
ob hoc ipſum q̄ deo placet. hec Hieronim⁹

Deinde ſi nō vis deo libēs offerre qđ reputas eſſe tuū: offeras ſaltē hilarit qđ eſt ſuū. Vñ Hieronym⁹. Nichil abſtulit tuū qui recipe dignat⁹ eſt ſuū pprīū. Creditorē ſuum recipe decuit creditū. ⁊ nichil aliud decet ꝗ̄ȝ creditori grās agere mutuāti: ⁊ dicerē cū Job. Dñs dedit dñs abſtulit: ſicut dño placuit ita factū eſt: ſit nomē dñi bñdictū. hec Hieroñ. Sane verbū hoc. Sit nomē dñi benedictū. ſonat in gratiaꝝ actionē: ⁊ imateria ppa excludit merorē et dolorē. Porro ꝙ amicū tibi creditū deo offerre vel poti⁹ ei reddere debeas: h ita ꝯſidera. Nimiꝝ decet de neceſſitate facere virtutē: ſȝ ecce nos oēs neceſſe eſt mori. ⁊ ideo nichil reſtat niſi de neceſſitate hac moriēdi facere virtutē: et dño vite ⁊ mortꝫ hac in materia exhibere hilaritatē. Hilarē eni datorē diligit de⁹. Ceterū ſi vtverus amic⁹ bonū amici tui diligeres: gaudere deberes ꝙ ipſe amic⁹ tuus defunctus ꝑ mortē a pñtib⁹ miſerijs ⁊ periculis eſſet liberat⁹. Vñ Hieroñ. Plangere deberem⁹ amicis de ſeculo decedentib⁹ ſi ſeculi ꝯtra nos inimicitias mīme ſentirem⁹. At nūc periclitari volebat hūc q̄ dolet aliquē dormire. ⁊ inter fluct⁹ vite p̄ſentis videre cupit miſeꝝ laborare. Quid ḡ pro dormiē-

te lacrimas fundis q̄ſi neſcias q̇d in teipſo quotidie patiaris? Propter hoc eni ⁊ dn̄s diſcip'los admonet dicēs. Si diligeretis me gauderetis vtiq꜠ q꜠ vado ad patrē. hec ille. Rurſū qn̄ doles de morte amici tui tūc quidē doles de diuina circa amicū tuū diſpoſitione: de qua tibi vt amico eſt nequaq꜠ dolē dū ſ꜠ gaudendū: eo ꝙ nouit q꜠diu amico tuo expediat viuere vel quando mori. Unde Hiero. Plāgim⁹ inq̄t bn̄ficia dn̄i q̄ nouit quō nr̄e pſtent īfirmitati. Un̄ ⁊ Auguſtin⁹ De ſalute inq̄t corporis mei q꜠diu q̇d michi ſit vtile neſcio: tibi dn̄e hoc ꝯmitto. Porro de amici morte dolēs videt̄ ꝓpriā vtilitatē a deo ſibi ꝓuiſā recuſare. De morte nāq꜠ amici frequēter homini ꝓuenit vtilitas ꝯſiſtēs ī ei⁹ q̄d ipſū īpediret remotōe. Nimiꝝ amici hui⁹ mūdi frequēter īpediūt iter ſalutis: nā coꝝ diligētis ſe ad mundū alliciūt: ⁊ coꝝ infortunia vel calamitates offendunt Et vt ait Aug⁹. Sepe offendit̄ de⁹ ne offendatur amic⁹. Sit ergo nobis coꝝ ſb̄tractio tolerabilis vl' etiā grata: quoꝝ p̄ſentia nob̄ eſt diſpendioſa. Dolorē etiam mortis ſcd̄m Hieronymū ſopire debet ſpes reſurrectiōis Nūq꜠ eni cū dolore ꝯcordat ſpes: nec quāc꜠q꜠ iacturā ſentit fides. Un̄ ⁊ Ambroſi⁹.

Mortē nō ꝓbam⁹ eſſe lugēdā: q꞉ ad modū ſōni a labore mūdi requieſcere facit in ſpe reſurrectiōis. Et iteꝝ. Ceſſent lacrime: q꞉ debet aliq̄d int̄ fidos ⁊ pfidos intereſſe. Fle-ant ſuos q̄ eos in ꝑpetuū iteriſſe exiſtimāt: q꞉ ſpem reſurrectionis nō habent. Nobis vero quibꝫ mori nō nature ſed huius vite finis eſt: q꞉ natura ip̄a reparabitur in meli⁹ mortis caſus abſtergat oēs flet⁹. hec Am-broſius. Uñ ⁊ Aug⁹. Beat⁹ q̄ amat te dn̄e et amicū in te et inimicū ꝓpt̄ te: nullū enim carū ille ſol⁹ amittit cui oēs in illo cari ſūt qui nō amittitur: te autē dn̄e nemo amittit niſi qui dimittit.

## ¶ De ſeparatiōe amicorū ¶ Ca. ii.

INſup de fratris ſpūalis ſepatiōe nō de-bes dolere ſꝫ aīo ꝯiūctā eſſe. Memine-ris q̄ i patꝝ collatiōib⁹ ſic dicit̄. Nec obeſt viriliu virtute fūdatis p locoꝝ intualla diſiū-gi. Apud dn̄m nāqꝫ moꝝ non locoꝝ vnitas fr̄es habitatione ꝯiūgit. Tu etiā qui doles de amici tui ſeparatiōe vel receſſu: recordare q̄ ip̄e xp̄s q̄ dixerat diſcipl'is Ego dico vos amicos: q꞉ quecūqꝫ audiui a pr̄e nota feci vobis. Ea notificatiōe nō obſtāte eiſdē di-cebat. Expedit vob̄ vt ego vadā: ſi enī nō ab-iero paraclit⁹ nō veniet ad vos: ſi aūt abie-

ro mittā eū ad vos. Quis igit͛ īferior disci
pulis nō ꝓſumet absqꝫ nō talis ⁊ tāti : nō tā
ſancti : nō tā ꝑfici . nō tā celeſtis . ſed exi//
gui . ſed carnalis . ſed t͛reſtris . ſed vl' in aliq̄
parte vitioſi ⁊ peccātꝫ amici receſſu : illū ſu//
premū paraclitū ꝯſolatorē optimū ſe eſſe re
ceptuꝝ. Nimirꝝ ſm̄ mentē Gregorij . Tāto
q̄ſqꝫ a ſupno amore . ⁊ ꝑ ꝯſequēs a ꝯſolatio
ne diſiūgitur : quāto inferi⁹ ⁊ in p̄ſentia car
nalis amici delectat͛. Gaudeat ḡ prudens
amator de carnalis amici receſſu . atqꝫ ipſū
eligat ꝓ habēdo celeſtis paracliti acceſſu.

## De perdicione amicitie ſcꝫ antique vel prioris. Ca. iii.

Noli etiā triſtari de ꝑditione fidelita//
tis ⁊ amicitie īpenſe : cū etiā illud xp̄o
dei virtuti ⁊ ſapiētie legitur accidiſſe. Pro
fecto xp̄s dei fili⁹ vnigenit⁹ quoſdā diſcipu
los pre oīb⁹ alijs elegit : quib⁹ tanq̄ꝫ amicis
ſingulariter familiarib⁹ quecūqꝫ audiuit a
patre notificauit : ⁊ ꝑ cariſſimis eos habuit
et nichilomin⁹ q͛ ipſi eū deſererēt dū ab eo
fugerāt : imo q͛ ꝑ iudā traderet͛ : ⁊ om̄e bene
ficiū ei īpenſum ꝑderet͛ : hoc elegit : q2 libere
hoc voluit. Quomodo ergo ſi ſimile aliquid
tibi accidit . ſi ab amicꝭ deſert⁹ es : ſi amici//

tiā ipſam ſeu fidelitatē eius īpēſam ꝑdidiſti
cū ſit bonū vtpote ad tuū pricipiū exēplare
⁊ finale te reducēs: ⁊ ad deſertionē mūdi ⁊
celeſtiū amorē te īducēs. Quō inq̄ʒ tale bo//
nū te poterit ꝯtriſtari: ꝑſertim cū exēplū xp̄i
te in talibꝫ ad oppoſitū triſticie debeat me
rito inclinare. Vñ Ambroſiꝰ. Voluit xp̄s
deſeri. voluit ꝓdi. ab apl'o ſuo tradi: vt tu ſi
deſertꝰ fueris a ſocio: ꝓditꝰ ab ipſo. modera
te feras tuū erraſſe iudiciū: periſſe bñficiū

## De mala ſocietate īeuitabili. Ca. iiii

DE mala q̄ʒ ſocietate nō debes dolere:
q: hoc ad ꝟtutis exercitiū tibi poterit
cōferre. Vñ iuxta Greg. ſentētiā: mali vti//
liter tolerant. Tolerādi inq̄t vbiq̄ʒ ſūt pri//
mi: q: abel fieri non valet quē cayn malicia
nō exercet. Ecce dic. Abel de q̄ dicit ſcptu//
ra. Reſpexit dñs ad Abel ⁊ ad munera eiꝰ
Per hoc aūt apte datur intelligi q̄ bonorū
operū munera ante ꝯſpectū dei tanto ſunt
magis grata ⁊ accepta: quanto eoꝝ cū q̄bꝫ
habitāt maior fuerit malicie repugnantia.
Deniq̄ʒ homo bonꝰ ꝑ maloꝝ ſocietatē tanq̄ʒ
ſibi cōtrarioꝝ: incōparabiliter meliꝰ q̄ʒ bo//
nis tantū aſſociatꝰ: virtutū ſuaꝝ vires expe
ritur. Propriaꝝ aūt viriū experimentū ha//
bere ꝑfecto ē vnū de bonis maximis eſtimā//

dū. Audi ꝛ hieronimū ſup maloꝝ ſocietate ꝯſolantem. Qui inq̄t bonꝰ ꝑmanet nō polluitur ſi malo ſociet̃: ſed qui malꝰ eſt in bonū ꝯuertit̃ ſi boni exēpla ſectetur. Scito etiā ad magnū honorē ꝯferre: in mala ſocietate bn̄ viuere. Un̄ Bern̄. Nō mediocris titulus virtutꝫ eſt int̃ prauos bene viuere: ꝛ int̃ malignātes īnocētie retinere candorē ꝛ moꝝ vnitatē. hec Bern̄. Et certe bene dic̄ Nā ꝛ liliū inter ſpinas ſignāter ꝯmēdat̃. ꝛ incōparabilis virgo ei ꝯparatur.

## De carētia humani fauoris. Ca. v.

QEteꝝ nō moleſte feras ſi tedioſus es: ꝛ tua ad extra ꝯuerſatio minꝰ eſt gratioſa: ſꝫ cogites de deo creatore tuo ꝙ ipſe fecit nos ꝛ nō ipſi nos. Cogites etiā h̄ ꝙ non eſt dare aliq̄d pure malū: non turberis itaqꝫ ꝙ natura ſeu potiꝰ auctoꝛ nature deus te fecit talē: ſcꝫ ingratioſū ad extra ac rudē ꝛ ruſticanū. Sperādū ꝑfecto eſt: ꝙ ſupnoꝝ ſuoꝝ intuitu oculoꝝ te gratioſe reſpexit adītra: ad interius ſcilicet tuū cōſeruando lumen qđ in te eſt: ne illud vētoſa aura fauoꝛis hominū ab extra ſpirāte foꝛſitā extingat̃. Si ſit tua ꝯuerſatio ingratioſa in terris: ſit tua ꝯuerſatio magis grata in celis. Que ꝛ ſi humana nō fuerit vel hoīb⁹ grata: melioꝛi ſoꝛ

te celeſtis eſſe poterit ⁊ diuina. Sis g̃ libē/
ter foris ruſticanꝰ. interiꝰ autē diuinꝰ. La/
teas libēter tanq̄ tedioſus gratia humani ſo
latij: vt deꝰ ſolatij ⁊ totiꝰ ꝯſolationis tecū ſit
interius. et tu ſecū ſuperius. vt ſic cuilibet
illoꝝ a quibꝰ vt minꝰ gratioſus deſpiceris
dici valeat illud poeticū. Si q̄ v̄tute nites
ne deſpice quēq̄. Ex alia quadā forſitā ille
nitet. Deniq̄ gratioſus ad extra ſic ſepe di
ſtrahat̄ q̄ ab intꝰ gratijs totaliter euacuat̄.
Nec ꝑ ꝑſona q̄libet te diligēs: imo quelibet
eiꝰ dilectio tibi grata depdaretur tibi aīaʒ
tuā. id eſt ad ſe raperet aliq̄d tui cordis: ac
te periculoſius captiuaret. ita nimirū q̄ cor
tuū magis laceraret̄: ⁊ donis ſpūalibꝰ priua
retur: ac minꝰ deo ꝯiūctū eſſet: quo ꝑ ꝯſe/
quēs minꝰ bene illi eſſet: minuſq̄ eiꝰ cariſ/
matū dona ꝑciperet. Profecto oculi amicabi
liū reſpectuū: faciūt hoīem auolare diſtātiꝰ
ſcʒ a deo ſuo ⁊ etiā a ſeipō: ac hoīem nō in ſe
ſeu apud ſe in ſuo ꝓpo cōmodo remanere: ⁊
trahunt ad exteriora in q̄bꝰ nō eſt vera hoīs
māſio: ſed potiꝰ tranſitꝰ peregrinꝰ. ⁊ multo
meliꝰ eſſet homini manere in ſe ⁊ apud ſe in
ſua ꝓpa māſione q̄ʒ mētetenꝰ foris euagare

## De relictiōe ab amico. Ca. vi

R Urſum nō ſit tibi graue ab amico vel

alio hoīe derelinqui: ratione alicuius preſi
dij ꝑ ipſum habēdi: qꝛ refugere poteris cū
certa ſpe ad p̄ſidiū fortioris. Un̄ ābroſius
De diuīa miſeratiōe tūc ſperādū ampli⁹ eſt
cū p̄ſidia humana defecerint. hec Ambro.
Et bene quidē derelict⁹ ab hoībꝫ nō eſt de=
ſert⁹ a deo: q̇ ipm̄ in ḡtiſſima habitatiōe cō=
ſeruat. ſcꝫ ī ſeipſo. Un̄ Aug⁹. De⁹ medica=
mentū eſt nō ſano: regula ē prauo: lux eſt te=
nebrato: habitatio ē deſerto. hec Aug⁹. Et
ecce q̄ꝫ multiplicit̄ de⁹ eſt p̄ſidio. ſcꝫ nō ſano
ꝑ medicamentū. prauo ꝑ regularē vitā: te=
nebrato ꝑ lucē internā: deſerto ꝑ inhītatio=
nē gratiſſimā que ſcꝫ eſt ipſe. Nimirꝫ in ipſo
viuim⁹: mouemur et ſumus. vt dicit ſcriptu
ra. Sꝫ reuera multomin⁹ q̄ꝫ diuites habēt
paupes de ſua relictiōe querulari: dūmodo
nō a quo vel a quibꝫ derelicti: ſed magis cui
ſunt relicti attenderint. Profecto relicti
ſūt ei q̇ teſte ſcriptura dicit homini in ſe cō
fidenti et ſolis p̄ñtibꝫ neceſſarijs cōtento.
Nō te deſerā nec derelinquā. Relicti ſūt ei q̇
ſedet ſuꝑ thronū ꝛ iudicat equitatē: qui ſo
lus laborē ꝛ dolorē ꝯſiderat: adiutor in tri=
bulationibꝫ. De quo dicit̄. Tibi derelict⁹
ē paup: pupillo tu eris adiutor. Sꝫ ꝓfecto
deo relict⁹. eſt minime derelict⁹. eſt nimirū

potius feliciter benedict⁹. Siquidē ſi ma
ledict' eſt qui ꝯfidit in homine: ſequit̃ q̄ſi a
ꝯtrario ſenſu: ꝙ is benedict⁹ eſt qui ꝯfidit
in dn̄o cui derelict⁹ eſt.

## De carētia terrene cōſolatiōis. c. vii

NEc triſteris de carētia t̃rene ꝯſolatiōis
q: qui terrenā paratā habet ꝯſolatio-
nē: difficulter abſtinet quin ea etiā vtatur:
ex quo ſequi ſolet ꝙ celeſti mox priuat̃. Vn̄
Bern̄. Delicata eſt diuina ꝯſolatio: q̄ non
datur admittentib⁹ alienā. Hui⁹ rei figurā
habem⁹ in libro Joſue: ꝙ poſtq̄ filij iſrael
comederūt de fructib⁹ terre defecit māna.
Māna quidē de celo datū habēs in ſe om̄e
delectamētū ⁊ oīs ſaporis ſuauitatē: aptiſſi
me ſignificat celeſtē ſeu diuinā cōſolationē
vltra modū delectabilē. Fruct⁹ autē terre:
terrenā qua quis fruitur ſignificat delecta
tionē. Qd' ergo māna deficit dū fruct⁹ t̃re
comedit̃: apte ſignificat diuinā cōſolationē
deficere vel nō dare ei qui t̃rena ꝯſolatiōe
paſcitur ſeu ſatiat̃. Si igit̃ humanas ſeu
t̃renas ꝯſolationes ſponte declinaueris ⁊
reſpueris: ad ſolū deum qui appellatus eſt
deus totius ꝯſolationis: p̄ ꝯſolatione re-
currēdo: ſcito ⁊ nō dubites q̄n nō ſolū ꝯſo-
lationē ſed etiā exultationē a deo ꝯſequeris.

Ipſe eni͂ ꝯſolator e͂ optim⁹ q̄ ꝯſolat͛ nos in omi͂ tribulatio͂e nr̄a niſi obice͂ ponam⁹. Ad que͂ pſalmiſta ſmone͂ diriges. Scd̄m multitudine͂ inq̄t doloꝝ in corde meo ꝯſolationes tue letificauerūt aīam meā. Huic aūt ꝯſolationi obice͂ ponim⁹: qn̄ humanā ⁊ terrenā ꝯſolatione͂ deſiderio q̄rim⁹ ⁊ in effectu recipim⁹. Nō ḡ ponas obice͂ p̄ t͛renā ꝯſolatione͂: ⁊ mox habebis ꝯſolatione͂ hic magnā et ī futuro pleniſſimā. Si itaqꝫ tu cares hoīꝫ ꝯſolatio͂e: fac de neceſſitate v̄tute͂: ita vt nec velis recipere: utpote generoſo tuo ſpūi: i͂m ꝯdignā humanā ꝯſolatione͂: ſꝫ pot⁹ ſi occurreret ꝯſolatio͂es: dicas eis cū ſc̄tō Job. Conſolatores oneroſi oēs vos eſtis. Cōſolat͛ eni͂m de⁹ p̄cipue eū q̄ humanā recip͛e renuit ꝯſolatione͂: teſtāte pſalmiſta q̄ ait. Renuit ꝯſolari aīa mea. ſcꝫ ꝯſolatio͂e t͛rena ſed nō diuina qꝛ memor fui dei ⁊ delectat⁹ ſū ⁊ exercitat⁹ ſū ⁊ defecit ſpūs me⁹: ſcꝫ ꝓpri⁹: q̄ſi iā trāſformat⁹ q̄ꝫtū hic poſſibile eſt p̄ oīs ſue affectionis trāſfuſione͂ in volūtate͂ dei.

## De ſolitudine et carentia ſocietatis. Capl'm. viii.

Nec de ſolitudine ⁊ carētia ſocietatꝫ triſteris: ⁊ maxime vulgariū ⁊ turbarum

que nata eſt īpedire ſanctitatē. Vn̄ Orige. Quādiu q̄s pmixt⁹ eſt turbis ⁊ in multitudine fluctuātiū voluptatū: nec vacat ſoli deo nec ſegregat⁹ eſt a vulgo: nō poteſt eſſe ſanctus. Hui⁹ rei quodāmodo reddit Seneca rationē. Quid inq̇t tibi p̄cipue vitādū exiſtimes: queris turbā. Nūq̄ȝ illi tut⁹ ꝯmiſceris: inimica mltoꝝ ꝯuerſatio: nemo nō aliq̄d vitiū nob ingerit. aut ꝯmodat: aut īprimit: quo maioꝛ eſt ppl's cui ꝯmiſcemur: hic periculi plus eſt. hec Seneca. Et iteꝝ Auarioꝛ redeo: ābitioſioꝛ: luxurioſioꝛ. imo vero crudelioꝛ ⁊ inhumanioꝛ: q: inter hoīes fui Et ideo vt idē Seneca dic. Qui deponere vult deſideria rerum oīm quaꝝ cupiditate flagrauit: ⁊ oculos et aures ab his q̄ reliq̇t: auertat. hec Seneca. Societas etiā hoīm poteſt impedire vel interrūpere ꝯtinuū mētis p̄greſſum in deū. In quo quidē p̄greſſu p̄ ſocietate hoīm meretur ſolitudo comitatū vtiq̄ȝ digniorē: ſalubrioꝛē atq̄ȝ tutioꝛē: ſāctaꝝ videlicet cogitationū. Vn̄ Ambro. de virgine loquēs glīoſa maria inq̇t. Ad ipos ingreſſus āgeli inuēta eſt domi i penetralib⁹ ſine comite: ne q̄s intentionē abrumperet: ne q̄s obſtrepet: neq̄ȝ enī comites femīas deſiderabat: q̄ bonas cogitatiōes comites ha

hebat: q̄n etiā tūc ſibi min⁹ ſola videbat̄ cū
ſola eſſet: nam quēadmodū ſola cui tot libri
adeſſent: tot archāgeli: tot pphe. hec ābro.
Quid ḡ ↄq̄ritur ſolitudinē copiā habens
ipſoꝝ libroꝝ. Un̄ ⁊ Hieronim⁹. Sapiens
nūq̄ʒ ſol⁹ eſſe poteſt ſcʒ ſimpliciter. Habet
eni ſecū oēs q̄ ſunt vel fuerunt boni: ⁊ aim
liberꝝ. et quecūq̄ʒ vult pfert ⁊ trāſfert: et qđ
corpore nō poteſt cogitatione ↄplectit̄. et ſi
hoim īopia fuerit: loq̄tur cū deo: nūq̄ʒ min⁹
ſolus erit. Hec Hieronym⁹. Qui ſimilē ce
leſtē ſocietatē ↄſequēdi ↄſiderationē habēs
⁊ in vaſta ſolitudine horrorē eſſe ſupponēs:
dicit ſic. Infinita heremi vaſtitas te terret
ſed tu paradiſū mēte deābula: quotieſcūq̄ʒ
cogitatiōe ac mēte illuc cōſcenderis: totiēs
in heremo nō eris. Hec Hieron̄.

## De odio et inimicitia. Ca. ix.

DEmū noli turbari ⁊ ↄqueri te eſſe exo
ſum ⁊ inimicitias patientē: ſʒ magis
īde gaudeas. Meli⁹ eni p hoc īplebis illđ
ↄſiliū dn̄i. Diligite īimicos v̄ros: bn̄facite
his q̄ oderūt vos. Quippe niſi eſſet q̄ te ha
beret odio īimicū nō haberes: quē habere ad
modū eſt ſalubre. Is nāq̄ʒ ē tibi exercitat⁹ is
ē tibi excellētioꝝ meritoꝝ occaſio. Me
morare verba dn̄i dicētis. Si diligitis eos

q̄ vos diligūt: quā mercedē habebitis nōne
⁊ ethnici hoc faciūt? Sane si a pluribꝰ cul
pa tua exigēte haberis odio: facilior culpe erit
remiſſio ⁊ levior punitio. Si ꝑo nō exigēte
culpa: ipſiꝰ dei maior ad te erit ſanctorūq;
affectio: ⁊ maior tibi debet merces i celo. Ex
his lucide patet q̄ plꝰ ꝓfert homini iimico-
rū odiū: q̄ȝ dilectio amicoꝝ. Radix q̄dē eſt
oīs boni: ⁊ ꝑ ꝯſequens multiplicis boni qd'
quis ex ꝑſecutionibꝰ ꝯſequi poteſt. Deniq;
q̄ exoſus es: vel hoc eſt ꝓpt carentiā virtu-
tū: vel ꝓpter zelū iuſticie et fidei. Si ꝓpt
carentiam virtutū ⁊ facta iniuſta: valet tibi
hac de cauſa exoſum eſſe: tum quia facilius
corrigeris: ⁊ ad correctionē tuā magis cona
beris: tū q꞉ ꝑ hoc humiliaberis: et vel pro
parte puniris ⁊ pena futura minor erit. Por
ro ſi ꝓpt zelū iuſticie: ⁊ maxime fidei cōtra-
riū ſentientibꝰ ſis exoſus: iure martir dici
poteris: ꝑfecto ex eo q̄ ꝓpt fidē aut propt
iuſticiā occideris. Qui enī odit fratrē ſuū
homicida ē. Sȝ nec odiēs fratrē poſſet dici
homicida: niſi ille quē odierit occideret: ⁊ ꝑ
ꝯſequēs exoſus multis a multis ⁊ multotiēs
occidet. Martyrij aūt glīa corā deo ⁊ āge
lis eiꝰ nō eſt parua. Et ideo ſpecialit canit
de martyre. Magna eſt glīa eiꝰ in ſalutari

uio. Igit Senece monitis z exeplo nō cu-
res placere pplo: q2 ſm eū multomagis ad te
ptinet q̄lis tibi videaris q̄z q̄lis aliis. Nā
talis nō est ver9 xpi ſuus q̄ adhuc placet. i.
placere cupit hoib9 magis q̄z deo. Un̄ apl's.
Si adhuc hoib9 placerē xpi ſuus nō eſſē.

Non9 liber cōtinet cōſolationū re-
media oportuna cōtra illa turbati-
ua que opponūtur delitiis z volu-
ptati. Et habet capl'a. viii.

i De ꝯſolatiōe ſup carētia voluptatum
ii De paupere victu.
iii De ſobrietate z tēperantia.
iiii De ieiunio z abstinētia.
v De habitatione arta.
vi De habitatione nō delectabili.
vii De vili z duro veſtitu.
viii De lectiſterniis vilibus.

De conſolatione ſuper carentia voluptatum. Ca. I.

P Rimo ergo nō debes turbari de terrenaꝝ voluptatū carētia: quia male ſūt z miſeꝝ te faciūt. Unde Seneca. Quis hostis in quēq3

tam ↄtumelioſus fuit:q̄z in quoſdā volupta
tes ſuc⁹ Quidā ſe voluptatib⁊ immergunt:
q̄b⁊ in ↄſuetudinē adductis carere nō poſ
ſunt. ⁊ ob h̄ miſerrimi ſūt q̄ eo ꝑuenerunt:
vt illis q̄ ſuꝑuacua fuerūt facta ſūt neceſſa
ria. Seruiūt itaq̄z voluptatib⁊ nō fruūtur
et mala ſua qđ maloꝝ vltimū eſt amant. hec
Sen̄. Un̄ ⁊ Boeti⁹. Quid de corporis volu
ptatib⁊ loquar: quaꝝ appetentia q̄dē plena
eſt āxietatꝫ: ſatietas ꝟo penitētie. Quātos
ille morbos: q̄z intolerabiles dolores q̄ſi
quēdā nequitie fructū ſolēt referre corpori
bus. Quaꝝ quidē mot⁹ q̄d habeat iocūdi
tatis ignoro. Triſtes vero eſſe voluptatum
exitus. Quiſquis reminiſci libidinū ſuaꝝ
volet: ītelligit. hec Boeti⁹. Nimiꝝ volu
ptates ipſā vitā corporis īpugnāt. Un̄ ſen̄.
Poteſt noſtra ꝓuidentia lōgiorē prorogare
huic corpuſculo morā. ſi voluptates quib⁊
maior pars perit poterim⁹ regere ⁊ coerce
re. Ex hac auctoritate argue ad ꝓpoſitū per
ſenſū ↄtrariū. Itē bone vite que precipue
penes aīam attēdit repugnāt. Un̄ Tulli⁹.
Oēs bene viuēdi ratiōes in virtute ſūt col
locāde: nō ergo in voluptatib⁊. Deniq̄z vo
luptates. teſte ſaluatore. ſpine ſūt. que ꝟbū
dei ſuffocāt. Sic enī aīam ſauciant ꝙ verbi

dei capacē esse min⁹ sināt. Sūt ꝛ arma dia-
boli testāte papa Innocētio. Ociositas in-
quit ꝛ voluptas arma sunt ātiqui hostis ad
miseras aīas capiēdas. Et p̄mittit ociosita
tē voluptati: qꝛ occiositas occasio est volu-
ptatis. Porro si voluptatū terrenaꝝ copiā
haberes: diuinaꝝ visitationū inopiā incur
reres. Vn̄ Bern̄. Undiqꝫ se ingerit amor
mundi cū ꝯsolationibus: immo desolatio-
nibus suis: obseruat aditus. ꝑ fenestras ir
ruit. mentē occupat. sed nō eius qui dixit.
Renuit ꝯsolari anima mea: memor fui dei ꝛ
delectat⁹ sum. Preoccupatū nēpe seculari-
bus desiderijs animū: delectatio sancta de
clinat: misceri nō potuerūt vera vanis: nec
etn̄a caducis: spūalia corporalibꝫ: sūma imis
vt pariter sapias q̄ sursū sūt et q̄ sup terrā.
Unde benignissim⁹ ille magister ait. Roga
bo patrē meū ꝛ aliū paraclitū dabit vobis
spiritū veritatis vt maneat vobiscū i eternū
Audiat qui huic sterq̄linio semper inheret
qui carnē fouet: i carne seminat: carnē sapit
nichilomin⁹ ꝯsolationē supne visitationis:
illā torrentē voluptatis: illā sapere gratiā
spūs vehemēter: quā vt veritas ipa testatur
nec cū ipsa quidē xpi carne suscipe nullate
nus apli meruert. Sed dū illa moraī inq̄-

es: ſine aliqua ꝯſolatione eſſe nō poſſū: ſimo
vero ſi morā fecerit expecta eā: q2 veniet ⁊
nō tardabit. Apoſtoli decē dies in hac ex-
pectatione ſederūt pſeuerātes vnanimit in
oratione cū mulierib9 et maria matre ieſu.
Cui nos gratie p nrō exiguitatis modulo
preparātes: exinanire noſmetipſos per oīa
⁊ a delectationib9 miſeris ⁊ caducis cōſo-
lationib9 euacuare ſtudeam9 cariſſimi corda
noſtra. Et iterū. Amāt in carne ſua terenas
ꝯſolaciūculas ſiue in ꝟbo ſiue in ſig ſiue in
facto ſiue ī aliq̄ alio: ⁊ ſi hec īterrūpūt ali-
quādo: nō tamē penit9 rumpūt. Inde eſt q̄
raro affectiones ſuas dirigūt in deū: ⁊ com-
ꝯpūctio nō ꝯtinua: ſed horaria eſt. Imple-
ri aūt viſitationib9 dn̄i aīa que his diſtra-
ctionib9 ſubiacet non poteſt: ⁊ quāto magis
illis euacuabit: tanto āplius iſtis īplebit.
Si multū multum: ſi parū parū: vel forte ſi
magis pbas: nūq̄ iſte illis miſceri poterūt
nō eni ſpūs ⁊ caro: ignis ⁊ tepiditas ī vno
domicilio ꝯmorātur: pſertim cū tepiditas
ipſi dn̄o ſoleat vomitū puocare. hec Ber.

Vn̄ ⁊ Gregori9 dicit. Si carni qđ libet ab
ſcidim9: mox in ſpū qđ delectat inuenim9.
Vn̄ etiā Aug9. Si habet anim9 vnde dele-
ctet extrinſec9 ſine delitijs remanet īterius

Et ideo dicit Bernardus. Effuſus animus extra: dāna iteriora nō ſentit: q2 nec intus eſt ipſe: ſʒ cū in ſeipſā aīa redierit cognoſcet q̄ crudeliter miſera ſemetipſam euiſcerauit.

De paupere victu. Ca. ii.

Urſum de ſimplici dieta & paupe victu triſtari nō debes: ſed magis gaudere q2 eſt leuioris digeſtionis & minoris cure. Un̄ Hieronymus. Nec tales accipiamus cibos: q̄s aut difficult digerere aut comeſtos magno paratos & pditos labore doleamus: olez & pomoz ac leguminū: & facilioz apparatus eſt: & arte īpēdijſqʒ coquoz nō indiget: & ſine cura ſuſtentat humanū genus modera te ſūptus: q2 nec auide deuorat quod irrita menta gule nō habet: & leuiori digeſtione decoquit. hec Hieronymus. Sīplex etiā victus a graui egritudine pſuat & quādoqʒ liberat. Un̄ idē Hieronymus. Legimus quoſdā morbo articulari & podagre humoribus laborantes pſcriptiōe bonoz ad ſimplicē menſā & pauperes cibos redactos ꝯualuiſſe. Caruerant enī ſollicitudine diſpēſe domus & epularum largitate: q̄ et corpus frangunt et animū. hec Hieronymus. Sʒ et de deo nō eſt fas vel cogitare q ſuis ſeruitoribus dilectiſſimis deficiat in neceſſarijs: dicēte pſalmiſta. Jacta cogi-

ratū tuū in dn̄o ⁊ ipſe te enutriet. Neceſſa-
ria ſūo ꝑ ipſū dilectiſſimis ꝓuiſa ſimplicia
fuere: nec mlˀta nec magna: vt patet in ſuis
anachoretꝫ ⁊ ꝓphetis. Nā Paulo p̊mo he-
remite ꝑ coruū hora prādij tm̄ dimidiū pa-
nē miſit: ⁊ in aduētu Antonij ꝓbendā du-
plicauit. Helias etiā in deſerto ꝑ angelū ex-
citatus a ſōno vt comederet: deo ꝓuidente
inuenit ad caput ſuū ſbcinericiū panē ⁊ vas
aque: ad comedendū ſcꝫ ⁊ ad bibēdū: ⁊ ābu-
lauit in fortitudine cibi illiꝰ q̄drag̃ita die-
bus ⁊ q̄draginta noctibꝰ vſqꝫ ad montē dei
oreb. Et nūquid poterat illi deꝰ lautiorem
mēſam facere in deſerto? Utiqꝫ poterat ſꝫ
nō fecit. Danieli etiā a ſuo ſuo in lacu leonū
ꝯſtituto: ꝑ abachuc ꝓphetā miſit pulmentū
coctū ꝓ meſſoribꝰ: ⁊ intritū panē in alpheo-
lo. Hec cine aūt ꝓuiſio ſingulis facta predi-
ctoꝝ ſatis ſimplex fuit omnino. Qđ nimiꝝ
⁊ in nobis minꝰ deo dilectꝫ minuſqꝫ dignis
lautiꝰ procurari merito reſtringere poterit
oīs ſupfluitatis appetitū.

## De ſobrietate ⁊ tēperātia. Ca. iiii.

[C]Eterꝝ de ſobrietate ſeu tēperantia ne-
quaqꝫ triſtari poſſes: q̄nimo potiꝰ gau-
deres ſi bona q̄ ex his homini ꝓueniunt di-
ligēter aduerteres. Un̄ Augꝰ. Sobrietas

mētꝫ eſt ꝛ ſenſus mēbroꝝ corpꝰiſqꝫ tutela: ca
ſtitatis pudicitieqꝫ munimē: pudori pⁱma
amicitie paciſqꝫ fua: honeſtati ſēp ꝯiūcta:
criminū vicioꝝqꝫ oīm pfuga. Et iteꝝ. So-
brietatis pſeuerātia ieſtimabilis eſt aīmi
fortitudo: oēs eā virtutes et oēs laudū ti-
tuli ſemꝑ ꝯcupiſcūt: qꝛ ſine ipſa ornari aut
placere nō poſſēt. hec Augꝰ. Vn̄ ꝛ origeñ.
Sobrietas oīm ꝟtutū mat̄ eſt: ſicut ecōuer
ſo ebrietas oīm vicioꝝ. Conſidera etiā tēpe
rantie laudē: ꝛ vitij ſibi oppoſiti vituperiū:
ꝛ digne ceſſabit in te paſſio triſticie. De pri
mo dicit Chryſoſtomꝰ. Nichil ſic ſenſuum
acumen opat̄ ſicut refectio moderata. Vnde
ꝛ Hiero. Modicꝰ ac tēperatꝰ cibus ꝛ carni
et aīe vtilis eſt. De ſcđo dicit Iſido. Gule
ſaturitas nimia aciē mētis obtūdit: inge-
niūqꝫ euertere facit. Vn̄ et Hieroñ. Sēp
ſaturitati iūcta laſciuia ē: vicina ſūt ſibi vēt
ꝛ genitalia: ꝛ ꝑ mēbroꝝ ordine ordo vicioꝝ.

## De ieiunio et abſtinētia. Ca. iiii.

INſup ꝑpt̄ ieiuniū et abſtinentiā non
ꝯtriſteris: nec fias ſicut hypocrita tri
ſtis: ſed potiꝰ ꝯtra triſticiā attende ad bona
tā corporalia qꝫ ſpiritualia q̄ inde ſunt ſpe-
randa. Nēpe vt dicit Eccliaſticꝰ. Non eſt
cenſus ſuꝑ cenſum ſalutꝭ corporis: ad quē

pſecto multū ꝯfert ieiuniū ⁊ abſtinētia ho⸗
minis exterioris. Vn̄ Hieron̄. Mat ſanita⸗
tis eſt abſtinētia: mat egritudinis eſt volu⸗
ptas. Sz ⁊ vulgatiſſimū eſt: ꝙ abſtinētia ē
ſūma medicina. O quāti calores febriū ieiu⸗
niis ſūt extincti? O qtiēs diuerſaꝝ īfirmi⸗
tatū materia in ieiunātib ē ꝯſūpta? O quo⸗
tiens ex repletione nimia nōnulli paraliſim
⁊ peſſimos morbos īcurriſſent: ſi nō vl' ſan⸗
guinē minuēdo vel ꝑ abſtinētiā ſe iuuiſſent?
Profecto ieiuniū multotiēs īfirmū ſanat:
⁊ ſanū ab īfirmitate vl' etiā a morte quādoqꝫ
pſeruat: ⁊ ꝑ ꝯſequēs a medicoꝝ ſalario ſup⸗
portat. Audi ⁊ de bonis ſpūalib. Ecce ſi
culpa maximū maloꝝ eſt: ſeqtur ꝙ mors cul
pe de maximis bonoꝝ eſt. Hoc autē bonū de
ieiunio ⁊ abſtinētia vl' cauſalit̄ ꝑdicat. Vn̄
Ambroſi⁹. Ieiuniū mors culpe excidiū de⸗
lictoꝝ: remediū ſalutꝫ. radix grē. fūdamen⸗
tū eſt caſtitatis. Vn̄ ⁊ Bern̄. Pro eo ꝙ ab
ipſis licitꝫ abſtinem⁹. ea nobis q̄ prius cō⸗
miſim⁹ illicita ꝯdonant̄. Quid eſt ꝯdonari
ꝯmiſſa: niſi ieiunio breui ieiunia redimi ſe⸗
piterna? Gehēnā eni meruim⁹ vbi nūqꝫ vll⁹
cib ē. nulla ꝯſolatio. null⁹ t̄mi n⁹. vbi guttā
aq diues poſtulat ⁊ accipe nō meret̄. Bonū
et ſalutare ieiuniū quo redimuntur eterna

ſupplicia: dū remittunt pctā. Hec Bern̄.
Ideo etiā de ieiunio ⁊ abſtinentia nō triſtari
ſed gaudere debes: q̄ cū his poſſunt vitia
ab animo remoueri: ⁊ multa bona ꝓmereri
Un̄ in p̄fatiōe eccleſiaſtica dicit̄ de ieiunio.
Qui corporali ieiunio vitia cōprimis. Un̄
Bern̄. Ieiuniū nō ſolū ablutio eſt peccatoꝝ
ſed extirpatio vitioꝝ: nō ſolū optinet veniā
ſed meret̄ gratiā. nō ſolū delet pctā p̄terita
que ꝯmiſimus. ſed ⁊ repellit futura que cō//
mittere poteram⁹. Et iteꝝ Ieiuniū orationē
deuotionē ⁊ fiduciā donat. Un̄ ⁊ Petr⁹ Ra.
Ieiuniū aufert vitioꝝ morbos: carnis āpu//
tat paſſiones: criminis cauſas ꝓpellit. Un̄
⁊ Hieron̄. Ardētes diaboli ſagitte ieiunio
rū ⁊ vigiliaꝝ frigore reſtrīgēde ſūt. Et iteꝝ
Ieiuniū nō ſolū ꝑfecta virt⁹. ſed ⁊ ceterarū
virtutū fundamētū eſt ⁊ ſanctificatio. Un̄
⁊ Auguſtin⁹. Ieiuniū ꝯcupiſcētie nebulas
diſꝑgit. libidinū ardores extīguit. Et iteꝝ
Ieiuniū purgat mētē: ſubleuat ſenſū: carnē
ſpūi ſubijcit. Deniqꝫ ꝯſidera q̄ ieiuniū quā
uis cibo videat̄ ꝯtrariū: tamē ⁊ ipſum cibus
eſt virtutis interiorē hoīem ꝯfortātis. Un̄
Leo papa. Sēp virtuti cibus ieiuniū fuit.
De abſtinētia quoqꝫ ꝓdeūt caſte cogitati//
ones: rationabiles volūtates: ſalubria ꝯſi//

lia: et p voluntarias afflictiões caro ↄcupiſcē
tijs moriat et virtutib9 ſpūs inouat. Hec ille
Cōſidera etiā q ſi tibi ieiuniū corꝑale cibū
ſubtrahit: tanto mens vtcꝫ9 ſpirituale ſibi
cibū attrahit: qui qdē homini neceſſari9 eſt
Nō eni in ſolo pane viuit homo: ſꝫ in omni
verbo qd ꝓcedit de ore dei: p cui9 carentiā
ſi ſaluator dimiſerit nos ieiunos deficiem9
i via. Porro ſi ratiōe ieiunij a cibo abſtinēs
corporali: fame affligerꝫ ſiue ſiti: ſume cibū
aliū ſiue potū. Ut eni ait Caſſiodorus ipſis
grauior eſt conſuetudo ſubtracti cibi qui ſe
eſcis alijs neſciūt ↄſolari. hec ille. Dū ergo
fame vel ſiti afflígeris: perluſtra armarium
memorie ſeu arcam mentis tue arcane. et ſi
quēquā dulciſſimū cibū ꝓ̄bi dei inueneris
ibi reſeruatū. illū guſta. illo recreeris: atcꝫ
de cella vinaria vino leticie ſpūalis. Nēpe
cibū atcꝫ potū hm̄oi ſpūalē guſtādo: nō ſolū
venies i obliuionē ieiunij et alteri9 puta car
nalis cibi ſumēdi: ſꝫ et carebis ei9 appetitu
tancꝫ inſipidi. Qꝛ guſtato ſpū deſipit oīs
caro. Qd qdē ſi neglexerꝫ: fatuis es ſimilis
nec ↄpaſſiōe dign9. Quēadmodū nec talis
q ꝓpt groſſioris cibi: puta nigri panis carē
tiā fameſceret: eo q cibos delicatos abſcōdi
tos hñs i copia eis vti nō curaret. Hoc aūt

dico naturale quodāmodo famis remedium attēdendo: qđ quidē remediū in ꝓposito ꝯſiſte-ret in ſuſpēſione ad cibū ſpūalem ꝑ actualē ꝯſiderationē: queadmodū q̄s dū ad vnum cibū delicatū ꝑ actualē vſū ſuſpēdit: interim naturalit̄ ꝑ appetitū groſſioris cibi n̄ vexat̄.

## ¶ De habitatione arta. ¶ Ca. v.

PReterea ſup habitatiōe arta nō turbe-ris: q̄ eo magis tibi ꝯuenit q̄ꝫ ampla et lata et ſpacioſa: quo minꝰ eris in ipſa arta diſtractꝰ et magis remanebis recollectus. Diſtractio enī quā ſpacioſa habitationū lo-ca operant̄ nōnūq̄ꝫ virtutes euacuat. Ecō-tra artū habitaculū q̄ ſe frequētantiū exclu-dit turbas hoim: eo virtutū multitudinem ad ſe inuitat: quaꝝ ingreſſum artitudo non īpedit: ſed magis ad eā mentē recolligendo diſponit. Hinc eſt q̄ Valeriꝰ ille maximus dic. Humile tuguriū ꝩtutes recipit. Angu-ſtus locꝰ magnaꝝ ꝩtutū turbā capit. Sed profecto meliꝰ eſt aſſociari turbe virtutū q̄ꝫ hoim. Qđ et ipſe Valeriꝰ ioco virtuoſo pa-cientiſſimi diogenis oſtēdit. Diogenes inq̄t cū torq̄ret̄ in dolio: ſe domū volubilē habere iocūdabat̄: et ſe cū tēporibꝫ cōmutantem. Frigore enī os dolij vertebat in meridiem: eſtate ad ſeptētrionē: et vbicūq̄ꝫ ſe ſol īclina-

uerat: diogenis ſimul ꝑtotũ vertebat.

De habitatiõe nõ delectabili. Ca. vi

Nec etiã delectabili habitatiõe hic frui appetas: ſed potius talẽ refugias: quia ſpem diminuit de futuris in celo habẽdis de-litiis. Unde in vitas patrũ: facta de quodã loco delitioſo mẽtiõe: dicitur ſic. Locus iſte ſi de-litioſus ẽ et abũdãs: quã requiẽ ſperabimus in futuro ſeculo ſi hic delitiis fouemur. Multo ergo melius eſt hic habitatioibus carere delectabilibus quam pati detrimẽtũ circa bonũ ſpei de ſidereis manſionibus cõſequẽdis in celeſtibus.

De vili et duro veſtitu. Ca. vii.

Rurſum nõ deſideres veſtitũ delicatũ quia nõ licet talia appetere. preſertim ei cui alias pacto quodã ſcdm aplm. cõceſſum eſt xpm induere. Unde Cyprianus. Serico et pur pura induti xpm ſinceriter iducere nõ poſſũt Deniqz quod aplus vel potius in veſtitu deſide-ras quam in ipſo et per ipſũ deo gratũ eſſe, quod de-licate et pcioſe veſtes mĩme operantur: ſicut et ſine peccato in pluribus minime deferuntur Unde Greg. Nemo exiſtimet i fluxu atqz ſtu dio pcioſarum veſtiũ peccatum deeſſe: quia ſi hoc culpa nõ eſſet: nullo modo iohãnem dñs de veſtitus ſui aſperitate laudaſſet: et nequaquã

Paulus feminas a pciosaꝝ vestiū appetitu
ↄpesceret dicēs. Non in veste pciosa. Hec
Greg⁹. Hoc aūt q̄ʒ grāde ſit peccatū patet
ex hiſtoria romanoꝝ: vbi legit̄ q̄ ille qui pri
mus apud eos purpura indut⁹ fuit: pcuſſus
a fulmine iterijt. Audi de hoc ꝛ Innocētiū
Supbus inq̄t vt magnific⁹ videat̄ ſatagit
veſtiri duplicib⁹: īdui mollib⁹: precioſis
ornari. Sed quid eſt pcioſus ornatus: niſi
ſepulcrū foris dealbatū: intus aūt ſpurcitia
plenū. Hec ille. Hinc eſſe poteſt q̄d Aug^m.
fertur dixiſſe. De pcioſa veſte erubeſco: que
ſi michi dat̄ vendo eā. Sed ꝛ Chryſoſtom⁹
dic̄. q̄ mollis veſtis rigidū corp⁹ facile red-
dit delicatū: facto vero corpore molliore: ne
ceſſe eſt ꝛ aīam participare leſionē. Nam vt
plurimū operationes ipſius conſonant di-
ſpoſitionibus corporis.

## De lectiſterniis vilib⁹. Ca. viii.

D Emū in ſtramētis ꝛ lectiſternijs nō q̄
ras delitias: ne īde tormentū ꝛ luctū
recipias. Lege q̄d pphetatū reperit̄: dicēte
Eſaia. Subter te ſternet̄ tinea: ꝛ operimē
tū tuū erūt vermes. O qualis lectus ſubt⁹
ꝛ qualia lectiſternia ſuperi⁹. O q̄le ꝛ q̄ʒ ab-
ominabile tormentū: q̄d q̄dē vt euadas me-
rito debes gaudēter carere delitijs in lectoꝝ

⁊ lectiſterniorꝫ mollicie delicata ꝯſiſtentibꝫ
Et certe q: diabolus in illa hora qua ſtra-
mentis vtimur: p̄ſertim delicatis maxime
nos tēptare ſolet: expedit tunc eū fugare.
Vn̄ Bernar. Dū diabolꝰ officinas fratrū
circuit: debet eū fugare ab oratorio deuotio
a refectorio lectio: a capl'o patiētia: a dormi
torio ſtramēta vilia. hec Bernardꝰ. Cuius
dicto ꝯſiderato: gaudēter ſtramētis vilibꝫ
eſt vtendū. Cōſidera etiā geſta circa illū te
nerrimū ⁊ vagientē infantulū in aſperrimo
frigore natū. frigido loco ⁊ tēpore: in duro
p̄ſepio ꝓ lecto poſitū: ⁊ ꝓ lectiſternijs pan
nis inuolutū vilibꝫ. Nā et maximus dicit
de ipſo: ꝙ apud iudeos ſordebat in pannis
Vn̄ ⁊ Beda ſup illo verbo. Reclinauit eū
in preſepio. Duri inq̄t preſepis anguſtia cō
tinetur cui celū ſedes eſt. Attende ⁊ matrē
dn̄i tenerā ⁊ delicatā: que ſi lectū habuiſſet
puer ſuū tā dilectū nō in preſepio poſuiſſet
in medio duū animaliū infanti terribiliū.
Forſitan ipſa in terra nuda quieuit. Nā ni
chil legitur de eius lecto. q: nec erat ei locꝰ
in diuerſorio. Fac ꝯparationē tui hoīs
ignobilis ad regē celi atq; ad reginā mūdi
matrē dn̄i vnigeniti. Fac ꝯparationem tui
ruſticani ⁊ robuſti ad teneritudinē pueri eꝰ

puerpere: ⁊ teipſum apud te inuenies dete-
ſtabilem merito haberi: qui de duricia lecti
et lectiſterniorum vilitate conqueri preſumis
ac ſi tibi debeantur delitie: quibus caruit
deus tuus et mater eius. Nonne erubeſcis
qui talia cõmoda requiris? Fac cõparatio-
nẽ tui iniuſti et peccatoris ad puerum puriſſi-
mũ ⁊ ad matrẽ innocentẽ. Fac inter te ⁊ ip-
ſos cõparationẽ: et inuenies quod pro ſe nullo
indigebant penalitatis remedio. Tu vero
querẽdo cõmoda: penalitates refugijs. qui-
bus pro peccatorũ tuorũ remedijs indige-
res. Denique fac cõparationẽ et recognoſce
differentiã inter te inſipientẽ et puerum illũ:
qui dei virtus eſt et dei ſapientia: qui non
elegiſſet penalitates: nec pro lecto feni du-
riciã: niſi in huiuſmodi aliquod magnũ bo-
nũ latens cognouiſſet: et quodcunque illud ſit
eiuſdẽ boni participiũ cũ tibi ſimilibus pe-
nalitatibus cũ gaudio cõparabis. Sane ſi
preter bonũ ſimplicite tactũ de bono pena-
litatibus reſpondente deſideres magis ex-
plicite edoceri. Ecce oportuit xp̄m pati et
ita intrare in gloriã ſuã. Proinde ⁊ tu ſpe-
rare habes per incõmoda patienter tolera-
ta cõſequi gloriã: ⁊ per tormenta tẽporalia
cõparare tibi delitias ſempiternas.

¶ Decim⁹ liber cōtinet cōſolationū remedia oportuna cōtra illa turbatia que opponūtur ſolatiis et gaudiis ſeu iocūditati hui⁹ ſcl'i. Et hꝫ ca. vii.


i ¶ De ꝯſolatiōe ſupꝑ carētia gaudiꝫ exteriozis.

ij ¶ De carētia ꝯfabulatiōis:

iij ¶ De ſilētio obſeruādo.

iiij ¶ De triſticia.

v ¶ Qr̄ mali ſepe meli⁹ hñt i mūdo q̄z boni.

vi ¶ De doloribus.

vij ¶ De lacrimis.


## ¶ De conſolatione ſuper carentia gaudii exterioris. ¶ Ca. I.

PRimo igit̄ nō triſteris ſupꝑ carētia gaudij exteriozis. Qz ide mēs tua a ſecreto interiozis gaudij excludit̄: ⁊ diuerſis malis paſſionibus per vices ſubijcit̄. Vñ Greg⁹. Vt q̄d taceam⁹. quot in corpoze doleres tolerat q̄ febrib⁹ anhelat: ipſa nr̄a ſalus egritudo eſt cui curādi neceſſitas nūq̄z deeſt. Quot enim ſolatia ad vſum viuēdi q̄rim⁹: q̄ſi tot egritudini noſtre medicamētis obuiam⁹. Sed ipſum quoqz medicamentū in vuln⁹ vertit̄:

quia exq̄ſito paulo diuti⁹ inherētes: eo gra
uius deficim⁹ qd̉ ꝑinde ad refectionē para
mus. Ipſa ꝗꝗ mens nr̄a a ſecreti īterioris
gaudij excluſa: modo ſpe decipit̄: modo pa-
uore vexatur: modo dolore deijcitur modo
falſa hylaritate replet̄. hec. Greg⁹. Qui ex
dictꝫ ſolatijs finalr̄ īfert q̄ttuor malas aīe
paſſiones. De q̄bus Boeti⁹ loquens ſic di
cit. Gaudia pelle: Pelle timorē: Spēꝗ fu
gato. Nec dolor aſſit Nubila mēs ē: Uin-
ctaꝗ frenis Hec vbi regnāt. Inſuꝑ mlto me
li⁹ ē gaudio carere: q̄ꝫ de gaudio habito poſt-
modū dolere ⁊ tormēta ſētire Nā vt ſcriptu
ra dicit. Extrema gaudij luct⁹ occupat Uñ
⁊ Grego⁹ Iure reſtat vt q̄t pri⁹ ī mūdo inco-
lumes habuim⁹ gaudia. tot poſtmodū de ip
ſo cogamur ſētire tormēta. Et videtur initi
eī quod ī apocalypſi de babylone ſcribitur
Quātū glorificauit ſe ⁊ in delicijs fuit tātū
date eī tormētū ⁊ luctū. Deniꝗ leta nō ſūt
q̄renda et de triſtib⁹ nō eſt cōq̄rendū: quod.
pl⁹ cōferunt triſtia q̄ꝫ leta. Uñ Gregorius.
Solet leticia arcana mētis apire atꝗ apiē
do amittere. Aduerſa vero cū nos exterius
deprimūt: īteri⁹ cautiores reddūt. Porro
dicit Caſſiodorus. Sequēti gaudio cōfert
dulcedinē p̄miſſa triſtricia. Et ꝑfecto inde

ſequit᷑: q̄ carentia mūdani gaudij eo eſt appe
tēda: quo futuro gaudio celeſti ꝯfert dulce
dinē. Ita ſane vt ſemꝑ plus ſapiat: qḋ q̄dē
omni ꝓualet gaudio p̄ſenti: ſicut eternū tē
porali. Itē de carētia illꝰ gaudij nō triſte
ris: qḋ reſpectu veri gaudij in dn̄o habēdo
veracit᷑ rationē habet meroris. Vn̄ Bern̄.
Illud reuera verꝫ eſt gaudiū ⁊ ſolū: qḋ non
de creatura ſed de creatore cōcipit᷑: qḋ cum
poſſederis nemo tollat a te: cui ꝯparata oīs
aliūde iocūditas meror eſt: oīs ſuauitas do
lor eſt: omne dulce amarꝫ: omne decorꝫ fedū
omne aliud qḋ delectari poſſit moleſtū. hec
Bern̄. Preterea eo carere bonū eſt: qḋ aīa
ſanctis meditationibus: que vtiqꝫ rectum
iudiciū promouēt: occupata exiliū reputat
vl̄ carcerē aut luctū deputat vl̄ merorē. Sꝫ
ꝑfecto aīa ſpūalibꝫ meditationū incitamē
tis occupata: mūdū carcerē vl̄ exiliū: ac riſū
et gaudiū luctū reputat et merorem. Unde
Augꝰ. Per redēptoris noſtri mortē de tene
bris ad lucē: de morte ad vitā: de corruptiōe
ad īcorruptionē: de exilio ad patriā: de luctu
ad gaudiū: de terris ad celeſte regnū vocati
ſumꝰ. Quecūqꝫ ergo anima ſancta talibus
fuerit incitamētis occupata: nichil cōcupi
ſcit terrenū: nichil trāſitoriū: nichil qḋ ad

tēp⁹ arridet: nichil qđ ad p̄ſens delectet: ri//
ſuq; luctū deputat: ⁊ gaudiū in merorē cō//
mutat. Cui mūd⁹ carcer eſt: celū ꝓ habita//
tio: cui exultatio de p̄ntibꝫ nulla eſt: q: in illo
tm̄ gaudere appetit q̇ ſup oēs eſt. hec Aug⁹:
Idcirco etiā gaudia de exteriorib⁊ nō ſunt
expetēda: q: nō ſūt durabilia. Un̄ Seneca
Qui ad gaudiū habendū durabile ſe diri//
git: ad īteriora ſe cōuertat. Uiri inq̄t boni
gaudiū ē ex bona ꝯſciētia. Tu iudicas illū
gaudere q̄ ridet: anim⁹ eſſe debet alacer ⁊ fidēs
⁊ ſup oīa rect⁹. Cōculca oīa iſta q̄ forinſec⁹
ſplendēt ⁊ de tuo gaude. Quid eſt aūt de tuo
id eſt: de teipſo ⁊ de tua optima parte. volo
tibi nunq̄ȝ deeſſe leticiā. volo tibi illam domi
naſci: naſcit᷑ aūt domi ſi itra te ſit. hec Sen̄.
Gaudia etiā de exteriorib⁊ ſūt minora gau//
dijs īternis: ⁊ ideo nō ē curandū de eis. Un̄
Eccleſiaſtic⁹. Non eſt inquit oblectamentū
ſup cordis gaudiū. Dicit cordis: nō corpis
ad differētiā riſus corpalis: ad differentiā
ſalt⁹ vl' circuit⁹ chorealis: ad differentiam
omnis ignominioſe exultationis. De qua
Salomō dicit in Prouerbijs. Stultorū
exl'tatio igīnia Igit᷑ gaudiū ī dn̄o tanq̄ȝ mai⁹
bonū eſt ſemp p̄ferendū: ⁊ p eo ꝯſequendo
gaudij mūdani carētia letanter eſt ferenda

Un̄ gloſa ſup̱ illud ap̄li. Gaudete i dn̄o ſp̱ dicit ſic. Nō in ſcl'o: ſʒ in dn̄o. id eſt. om̄e bonū vnde gaudendū eſt: ſtatuite in deo nō extra. Sicut enī nō poteſt homo duob' dn̄is ſuire: ſic nemo poteſt in ſcl'o gaudere et in dn̄o. Amic' enī hui' mūdi inimic' dei reputabat᷑. Multū īter ſe hec ꝗ gaudia differūt ſūtqꝫ oīno cōtraria nec ſiml' in eodē eē poſſūt. Hec ibi. Carētia igit᷑ mūdani gaudii nō ē niſi remotio obſtaculi reſpectu gaudii in deo habēdi qḋ ſolū ē verū gaudiū cui cōparata oīs aliūde iocūditas meror ē. Propter h̄ ergo gaudiū tam cōſolatoriū in deo habēdū: gaude ꝗꝛ remotū ſit obſtaculū p̱ carentiam mundanorum gaudiorum.

## De carētia cōfabulatiōis. Ca. ii.

Rurſum de carētia ſolatioſe cōfabulatiōis ⁊ neceſſaria obſeruatōe ſilētij nō cōtiſteris: ꝗa ab humanis coloquijs ſeparato ꝓpiquioꝛ eſt deus. Un̄ in libro patrū dicit᷑ de iohanne ſolitario: Quāto ſe ab humanis curis ⁊ colloq̄js ſeq̄ſtrebat: tanto illi vicinioꝛ ⁊ ꝓpiq̄oꝛ de' erat. Et certe etiam ad cōfabulādū ſeu colloquēdū. De' em̄ in tali īterna ꝓpinq̄tate homini loq̄tur: ſm̄ illud pſalmiſte: Audiā q̄d loquat᷑ ī me dn̄s de'. Sed ⁊ ecōuerſo hō ab aliorum collo-

quijs ſepat⁹ loq̄tur cū deo. dicēte Hiero.
Sapiens nūq̄ ſolus eſſe poteſt. et ſi homi
num iopia fuerit. loquit cū deo. Etenimirū
deus ſolatij etiā ꝓ ſolatio humano ↄſtituit.
nob ſāctos libros ſolatio habēdos. Quēad
modū i libro machabeoꝝ de ſocietate ⁊ ami
citia mētione facta: ſbiūgitur: Nos nullo
idigem⁹ habētes ſolatio ſāctos libros. Nō
ḡ ſūt hoīes ad cōfabulādū neceſſarij. quādo
vicem hominum ſupplent libri.

## De ſilētio obſeruādo. Ca. iii.

i INſup de cenſura ſilētij nō debes cōtri
ſtari: q̄a multa bona ſolz opari. Vitat
em̄ et declinat peccatū. Vn̄ Ambro. Plu-
res em̄ vidi loq̄ndo in paccatū icidiſſe vix
quē q̄ȝ tacēdo. Sapiēs ḡ eſt qui nouit tace-
re. Eſt etiā virtutū fūdamētū. Vn̄ itidē Am.
Silētij patientia opportunitas loquendi
et cōtēptus diuitiarū: ſunt maxima funda-
mēta virtutū. Itē vincit malū. Vn̄. Chriſo.
Malū hominē tacēdo melius quam reſpon
dendo vincere potes. Itē declinat nocu-
mētū. Vn̄ Valeri⁹ maxim⁹ Solon cū alijs
loq̄ētib⁹ taceret iterrogat⁹ vtrū ꝓpter io
pia verborū. an q ſtultus eſſet taceret. Reſ
pōdit. Neō ſtultus tacere poteſt. Cur igit
ſol⁹ liguā choibes? Quia iq̄t locutū eē me

aliquādo penituit. tacuiſſe nūq̃. Iuxta illō Nā nulli tacuiſſe nocet: nocet eē locutū. hec Cato. Silētiū etiā ꝓbat ſapientē vir̄. Vn̄ Sen̄. Taciturnitas ſtulto homini ꝓ ſapientia eſt: tacere q̄ neſcit loqui neſcit. Itē ſuat ſecretū ⁊ loquendi modū. Vn̄ itidē Sen̄. In hoc incūbe vt libēti⁹ audias q̃ loq̄ris. Qđ tacitū eſſe velis nemini dixeris. Auribꝰ frequēti⁹ q̃ lingua vtere. Quicq̄d dictur⁹ es ātequā alijs tibi dixeris. Itē nutrit gratū ⁊ ornatū verbū. Vn̄ Greg⁹. Quaſi quoddā nutrimētū v̄bi eſt ceſura ſilētij: ⁊ recti qn̄q̃ excreſcentiā ſmonis accipit: qui pri⁹ ordinate ꝑ humilitatē taceret. Et vniuerſaliter ꝓdeſt multū. Vn̄ Sen̄. Nichil eq̄ ꝓderit q̃ q̄eſcere ⁊ minimū cū alijs loq̄ ⁊ plurimū ſecū

## ¶ De triſticia. ¶ Capl'm. iiii.

CEterū triſticia non debet te grauare: q̄ꝛ remediū habet laudabile in tua cōſtitutū poteſtate: deo ad hoc parato ſpecialit̄ cooperari. Vn̄ Aug⁹. Vis nunq̃ eſſe triſtis bene viue: bona vita ſemꝑ gaudium habet. Audi apl'm q̄ admonet dicēs. Gaudete in dn̄o ſemꝑ. Qđ thomas ſic poſtillat. Semꝑ gaudet in deo: q̄ꝛ quicq̄d malum ꝓueniat eſt incōparabile bono qđ eſt de⁹. ⁊ ideo nullū malū īterrūpit. Et iter̄. Aliqn̄ v̄o īterrūpit

ꝑ triſticiā tēporalē: qđ ſignificat īꝑfectionē
gaudij. Qn̄ enī q̄s ꝑfecte gaudet nō īterrū
pit de re paꝝ durāte. Audi etiā eūdē ap̄lm
monentē nos vt vl' ſim⁹ ſpe gaudētes. Cōſtat
enī ꝙ triſticiā patientē: nō ſolū cōſolaretur
ſed etiā ſtatim ei gaudiū ſup̄induceret ꝑma
ximū certa ſpe habita de ɔſequēdo poſt breuē
vitā: vitā triſticie neſciā: omiq̄ʒ gaudio ſup-
abūdantē in adeptione glorioſi regni. Pro
fecto ergo ꝑpt ſpem huiuſcemodi quecūq̄ʒ
triſtia iuſti deo ſuiētes patiant. nō aliud re
ſtat eis niſi ɔtinuo gaudio gratulari: ꝑcla-
ro exēplo quorundā monachoꝝ ſub patre.
Appollonio deo ſeruiētiū. De q̄bꝫ in patrū
libro ſic dicit. Supra modū leticia ⁊ gau-
diū īerat eis: ⁊ tāta exl'tatio: quāta ab vllo
hoīm poſſit haberi in terris. Nullus in eis
omnino triſtis inueniebat. Monebat eos
pater Apolloni⁹ dicēs: nō oportere īeſſe tri
ſticiā his q̄bꝫ ſalus in deo eſt ⁊ ſpes in regno
celoꝝ. Triſtent aiebat gētiles: lugeāt iudei
plangant ſine ceſſatione pctōres: iuſti vero
letent. Nā ſi hi q̄ t'rena diligūt ſup caducis
rebꝫ letant. nos qui tāte glorie ſpem: ⁊ et'ni
tatis habem⁹ expectationē: cur nō omnino
exl'tatiōe gloriemur? An nō ap̄ls ita admo-
net dicēs. Sēp gaudete: in oībꝫ grās agi-

te: hec ibi. Ut etiā de triſticiis non triſteris Audi verba veritatis dicētē. Triſticia ve/ſtra vertet̄ i gaudiū. Profecto ſi cui ꝓmitte ret̄ ab eo q̄ eſſet verax ⁊ potens facere promiſſum: ꝙ omēs illius lapides verteret in au/rū: vtiqꝫ cōgregaret lapides q̄ꝫ plures poſſet et maiores Nūc aūt ꝓmittit̄ nobis ab ipſo q̄ veritas ē et potēs ſuꝑ omīe qḋ eſt: ꝙ triſticia nr̄a vertetur ī gaudiū. ideo multū libenter debem⁹ ſuſtinere triſticias hui⁹ mūdi ꝗ̄pſſuras. Et poti⁹ plures et maiores. q꞉ ſecūdū ml̄titudiēm et magnitudiēm dolorū erit ml̄titudo ⁊ magnitudo cōſolatōnū. Deniqꝫ forte triſtaris ⁊ penitētia duceris ſpecialit̄ de p̄teritis: vt de via q̄ꝫ feciſti vel de actu q̄ē ꝑegiſti aut neglexiſti. et dicis forte ꝓpter euentū triſtabilē. quoniā īfortuniū ē ſecutū puta amiſſio rerū. vel mēbri ꝑditio. aut infirmitas ml̄tū grauis Sed heccine occaſio triſticie nō ē ſufficiēs. falli q̄ꝫ videris cū de dicta cogites cōſequētia mīme forſitā neceſſaria. Cogita ergo magis. ꝙ ſi ꝑ aliā viam tve niſſes: vel ſi nō tale opus ꝑegiſſes. vl̄ ſi non tale op⁹ neglexiſſes: dānum multo maius vl̄ ꝑiculū aut forte mortē incurriſſes. Quicq̄d igit̄ adūſi tibi acciderit: cogita id deo volēte factū eſſe et pro tuo meliori.

Quod mali ſepe meliꝰ habēt ĩ mū/do q̄ȝ boni . Capitulum . v .

PReterea de eo nō debes cōq̄ri q̄ ma
li ĩ h̄ mūdo meliꝰ habēt q̄ȝ boni . in
ducendo ad hoc q̄relã ãtiquoꝝ ſcȝ Dauid di
cētis . Zelaui ſuper ĩiquos pacē pecatoꝝ vi
dēs . vel Hieremie idē ſic cōquerētis . Quare
via ĩpioꝝ pſperatur ? Aut ceterorum ſimi
lia cōq̄rentiū . quia non modicum erras ſi
nō ſint tibi ſignū in bonū . Dato em̄ q̄ iniu/
ſti de exteriori pace . plꝰ habeāt . minuſq̄ȝ ab
extra q̄ȝ iuſti ĩpugnētur . Econuerſo tn̄ iuſti de
interiori pace plꝰ habēt minuſq̄ȝ ab intra ĩ/
pugnātur . Un̄ . Caſſiodorus . Cum peccato
res videt̄ eſſe locupletes multiſq̄ȝ dn̄ari po
pulis . aut in mundo nō eſſe qd̄ timeant . pa
cem habere putātur . Sed pax illa cū cōſci
entia litigat ſemꝑ et rixatur ĩtriſecus : ⁊ cū
hoſtē nō habeat ſecū decertat Hec Caſſiodo .
Sed tu ꝯſidera q̄d melius ſit : ab ĩtra pacē
habere aut ab extra . q̄d ve ꝑiculoſiꝰ ſit ab/
extra ĩpugnari vl' ab intra . Profecto ſi in/
imici hoīs domeſtici eius . Si dn̄s aliq̄s
pugnaturus : ĩtraneos ſui exercitus timere
habeat . m'lto ꝑiculoſiꝰ eſt q̄ȝ ſi ab extraneis
ĩpugnetur . Qui g̊ iuſti ſūt melior ſors illo/
rum ē etiã ĩ hoc mūdo q̄ȝ ſit ipſoꝝ ꝑctōrum

Nā ꝛ teſte Auguſtino: oīs īordinatꝰ animꝰ ſit ſibiipſi pena. Inſuꝑ ꝙ mali in hoc mūdo plꝰ q̄ȝ boni ꝓſperent̄. h̄ fit diuina diſpēſatio ne ad nr̄e ſalutꝫ augmentū ꝛ glorificatiōis documentū. Per h̄ enī boni admonent̄ potiora: ꝛ q̄ mali ꝯmunicare nō poſſūt. bona q̄rere ſibi vl' in ſtatu glīe reſeruata. Suppoſito igit̄ iuxta q̄relā āt̄iquā: ꝙ mali in h̄ ſclo plꝰ q̄ȝ boni ꝓſperent̄: h̄ q̄dē erit reſurrectionis future: in qua diuina iuſticia ab oībus exigēte ꝯceſſa boni s mlto meliꝰ q̄ȝ nūc malis: ꝛ malis mlto peiꝰ erit q̄ȝ nūc bonis: euidēs argumentū. Qd̄ nimirꝫ argumentū plꝰ de bono ꝯtinet q̄ȝ ſit om̄e malū in bonoꝝ aduerſitate: vel q̄ȝ ſit omne bonū ꝓſperitatis ipioꝝ. Deniq̄ȝ audi Chryſoſtomū propoſito ꝯcordantē. Nemo inq̄t vidēs malignos ꝓſperitate gaudere turbet̄: nō eſt enī hic retributio malignitatꝫ neq̄ȝ v̄tutis. At ſi aliquā do ꝯtigerit vt aliqua ſit retributio vel malicie vl' v̄tutis: nō tamē ſm̄ cōdignū eſt: ſed veluti quidā guſtꝰ vl' iuſticie vel iudicij: vt q̄ reſurrectionē nō credūt talibꝫ doceantur. Quādo itaq̄ȝ videmꝰ malignū diteſcere nō ſubruamur: ꝛ qn̄ videmꝰ bonū mala pati nō turbemur: illic corona: illic ſupplicia. Eſt ꝛ alia ratio: q2 nō poteſt malus in oībꝫ malꝰ

eſſe: ſed aliq̄ bona habet: neq̃ bon⁹ in oīb⁹ bon⁹ eſſe ſ3 aliqua habet pctā. Quādo ergo habet pſperitatē mal⁹. malo. id eſt: ad malū capitis ſui eſt. Cū eni p illis paucis bonis retributionē hic accipit: illic ciā pleni⁹ punieṫ

## De doloribus. Ca. vi.

Pero ſi ſcires virtutē doloris de dolore habito nō doleres. Ecce eni aufert hoſtib⁹: id eſt nr̄is tēptatorib⁹ oportunitatē alloquēdi nos ad tēptandū. Nimirū ſicut i cordib⁹ ocioſis ꝛ ſeculariṫ gaudioſis hoſteſ huiuſmodi tenēt ſua perlamēta ad pficiēdū tēptamēta: ita ꝛ ecōtra oportunitatē nō hn̄t taliṫ loquēdi dolēti. id eſt corde tribulato. In hui⁹ rei figura de fatuis amicis iob ꝛ fictis ad tēptandū: ſignificationē hoſtiū aīe gerētib⁹: diciṫ in libro Job. Nō loquebanṫ ei verbū: videbāt eni dolorē vehementē ſenſus ei⁹. Igiṫ de dolore nō doleas ꝯquerendo: ſed ꝛ multo poti⁹ gaudendo dicas. O felix dolor q̄ ſic os obſtruit peſſimi inimici.

## De lacrimis. Ca. vii.

Denique de lacrimis nō ſic doleres ſi tu ſcires quā vim haberēt lacrime. Cōtra dolores quippe illo faciēte q̄ diciṫ: in fletu ſolatiū: ipſe lacrime quodā ſolatio dolorem

cordis magnū minuūt: ac pꝛeter refectionē ⁊ alleuiatōnē mētꝫ ad refrigerationē pectoris et ſolamē triſtis cū p oculos exeunt. dolo// rē vna ſecū euaporare faciūt. Vn̄ Petrus. bleſenſis. Multꝫ ſolatia ſūt lachꝛyme et ex parte maxīa magnitudiēm doloris minuūt Doloꝛ ſiq̄dē ſpēm ignis gerit. qui dū plus tegit̄ plus igneſcit. Vn̄ et Ambꝛoſius Pa ſcūt freq̄nter lachꝛime et mētē alleuiant. fle tus refrigerāt pect⁹ et meſtū ſolātur. Eſt em̄ pijs affectibus q̄dam flendi voluntas: et plerūqꜫ lachꝛymis grauis euapoꝛat doloꝛ. Rurſū fletū et lachꝛimas. cōſolatio et exul// tatio ſolent ſeq̄. Vn̄ ipe ſaluatoꝛ dicit Bea ti q̄ lugent quoniā ipi cōſolabūtur. Et pſal// miſta dicit. Qui ſeminat in lachꝛymis i ex// ultatione metet. Inſup pie lachꝛime terra. cordis irrigāt ⁊ fecūdat Vn̄ Gregori⁹ Irri guū ſupius accipit anima cum ſe lachꝛimis regni celeſtꝫ deſiderio affligit. Itē ardoꝛem cōcupiſcētiaꝝ ſedāt Vn̄ itidē Gre Flāmā ſu geſtionū dyaboli citi⁹ extinguit vnda lachꝛi// marū. Itē omnē ſpūalē infirmitatē ſanant. Vn̄ in Job de deo dicit̄. Merētes erigit. ſoſpitate. Itē animā mundāt et ſpōſam re// gis celi pparant. Vn̄ Caſſiodoꝛus. Flet⁹ ē. lauachꝛū cl'parū. abſolutō petōꝝ. Itē oculū

cordis clarificãt. Vñ Grego. Mẽs lachry
mis baptizata: in cõtẽplatõe videt lympi-
dius. Itẽ mẽtis ſerenitatẽ et trãquillitatẽ
cauſant. Vñ Chry. Sicut poſt vehemẽtes
imbres mũdus aer ⁊ pur⁹ efficitur: ita etiã
poſt lachrymarũ pluuias ſerenitas mẽtis ſe
quitur atq; trãquillitas. Itẽ mẽtẽ eleuant
Vñ ĩ pſalmo. Aſcẽſiões in corde ſuo diſpo
ſuit ĩ valle lachrymarũ. Itẽ mẽtẽ inebriant
Vñ bernar. Illas lachrymas vere in vinum
mutare dñm dixerim: q̃ fraterne cõpaſſiõis
affectu inferuorẽ ꝓderũt caritatis: ꝑ qua e-
tiã ad horã tuiꝗpſius ĩmemor ſobria quadã
ebrietate videris. Itẽ holocauſta impĩgãt
Vñ Grego. Holocauſtũ aridũ eſt bonum o
pus: qđ oratiõis lachryme non impinguant
Holocauſtũ pingue eſt hoc bonũ opus quod
cũ agitur etiã lachrymis ĩpinguatur. Item
hoc qđ homo vltra deo impetrabit. Unde.
Chryſoſtomus. Nemo aliqñ flẽs ad deũ ac
ceſſit qui nõ qđ poſtulauit accepit. Nullus
ab eo beneficia dolẽter optauit qui nõ ĩpe-
trauit Ipſe eñ eſt qui cõſolatur flẽtes: dolẽ
tes curat: penitẽtes informat. Demũ ſi virtu
tẽ lachrymarũ quã ꝯtra gehennam habent a
gnoſceres: nec gehennã multũ timeres: nec
de lachr̃is doleres ſ; gauderes. Vñ audi-

verbū cuiuſdā epī ad piā matrē Auguſtini
p̄ ſalute filij lachrymantē. Impoſſibile eſt
inq̄t tantaꝝ lachrymaꝝ filiū perire. Sz nō
min⁹ efficaces ſunt ꝓpe lachryme ad dele/
tionē dānabilis culpe. Nēpe cuius omnis
vita pdita eſt: quicꝫ eterne dānationi ꝓpin
quoꝝ eſt: p pias lachrymas reſtituit in integrū
vt vlteri⁹ in eo integer ſpūs pſeueret. Un̄
Hieronym⁹. Petrū ter negantē in locū ſuū
amare reſtituere lachryme. Un̄ ⁊ Gregori⁹
Tēpus redimim⁹ quando pactā vitā quam
laſciuiendo pdidim⁹ flēdo reparam⁹. Mi/
ro etiā modo flet⁹ ⁊ pie lachryme regnū ce/
loꝝ optinēdi ac p ꝯſequēs gehennā euadē/
di ꝯferūt ſecuritatē. Quippe lacrime hui⁹
modi quaſi vi quadā norunt regnū celorum
obtinere. Un̄ Greg⁹. Regnū celoꝝ rapi vult
nr̄is fletib⁹. qd̓ nr̄is meritis nō debet. Unde
⁊ dicit Auguſtin⁹. q lacrime violēte ſūt in
pctib⁹. Un̄ etiā Hierō. O lacrima humilis
tua eſt potentia: tuū eſt regnū celoꝝ: tribu/
nal iudicis nō vereris. Delictoꝝ tuoꝝ accu
ſatorib⁹ ſilentiū imponis: nō eſt qui te acce
dere vetet. Si ſola intres vacua nō redi/
bis: magis crucias diabolū q̄ȝ pena inferna
lis. Quid plura? Uincis īuincibilē: ligas
oīpotētē: īclinas ꝟginis filiū. hec Hierō.

Sic itaqꝫ teste euãgelio. Regnũ celoꝝ vim patiẜ ꝛ violẽti rapiũt illud. Qui scꝫ ipm̃ sibi dari postulãt p̃cib⁹ lacrimoſis. Et breuiter tanto min⁹ a ꝯſolatione modo vacuus eris: quãto vberiores lacrimas emiſeris. Et tan dẽ teste Gregorio: momẽtaneos flet⁹ tuos: deus eterno ꝯſolabitur gaudio.

## Undecim⁹ liber cõtinet cõſolationũ remedia oportuna contra illa turbatiua que opponũtur libertati. Et habet capl'a. ix.


i De ꝯſolatione ſup ſeruitute.
ij De iugo obediẽtie ꝛ p̃ceptis dei.
iij De obediẽtia ſupiorib⁹ exhibenda.
iiij De carentia ꝓprie volũtatis.
v De votoꝝ obligatione.
vi De mũdi relictione.
vij De ingreſſu religionis:
viij De preſſura captiuitatis.
ix De excommunicatione et alijs cenſuris inflictis.


### De cõſolatiõe ſuper ſeruitute. ca. i.

Primo ergo noli de ſuitute ꝛ libertatis carẽtia turbari. Sed attende q̃ hi q̃ ſerui dicunẜ: nõ ſunt ſimpli

citer ſerui: nec magis oppreſſi q̄z cōmuniter dn̄i q̄ reputātur liberi. Un̄. Bernar. Uoluntati nec leges imperāt nec prīcipes dn̄ant ſed libera eſt maxie ſi ſpū ducitur quia vbi ſpū sibi libertas. hec Bernar Si ergo corporis conditio te cōtriſtet: eq̄ð te merito cōſolari poterit videlicet libera cōditō potioris tue portionis: q̄ ſe extēdit ad p̄merēda gaudia ſepiterna. Dn̄i etiā qui eſtimantur liberi cōmuniter etiā ſūt ſuis ſeruis magis oppreſſi atq; turpiori addicti ſuituti Super quē eni plures regnāt: cōſtat illū magis ſuū eſſe. Sz p̄fecto cōmuniter accidit q̄ ſup dominos q̄ p̄pter libertatē min⁹ timet. plures regnāt: ſaltē turpes paſſiones q̄bus magis ſuccūbere cōſueuerīt q̄z timorati: ⁊ ideo ſeq̄tur q̄ ſūt magis ſerui. Un̄ Amb. Seruit q̄cūq; vel metu frāgit̄ vl' delectatiōe irretit̄ vel cupiditatib⁹ ducit̄ vel īdignatōne exaſperat̄ vel merore deijcit̄. Seruilis eſt eni ois paſſio. hec. Ambro. Igitur ſi vis realit̄ liber eſſe: eſto bonus: vt poteviтans turpitudines ⁊ liber cēſeberis. Un̄ Tulius Liber is eſt eſtimādus q̄ nulli turpitudini ſeruit Un̄. Auguſti⁹. Bon⁹ etiāſi ſeruit liber eſt malus autem ſi regnat ſeruus eſt. nec vnius hoīs: ſed quod grauius eſt: tot dn̄orum quot

vitior. hec Aug⁹. Is q̇ppe q̇ facit peccatū q̇cūq; dn̄o glorief. testāte saluatore seruus est peccati. scʒ ſuitute culpe. a qua filius dei q̇ peccatū nō fecit habet liberos reddere.

## De iugo obediētie ꝛ p̄ceptis dei. c. ii.

Porro o homo nō debes tristari de preceptis dei ꝛ iugo obediētie: imo plurimū gaudere q̄ dignatur de⁹ obediētiā a te requirere: eo quidē fine vt ꝛ tu si feceris qd̄ requirit: hoc qd̄ ab eo requiris infallibilit̄ ↄsequaris. Un̄ Johānes in ep̄la sua. Si cor nostrū nō rep̄henderit nos fiduciā habem⁹ ad deū q̄ quicq̄d petierim⁹ ab eo accipiem⁹ q: mādata ei⁹ custodim⁹. Unde ꝛ ille cecus natus ꝛ a xp̄o illuminat⁹ dixit. Si quis dei cultor est ꝛ voluntatē ei⁹ facit hūc exaudit. Un̄ ꝛ Isidor⁹. Nō impetrat a deo bonum qd̄ poscit qui ei⁹ legi nō obedit. Si eni id quod de⁹ p̄cipit facim⁹. id qd̄ petimus sine dubio obtinem⁹. Hec Isidorus. Neminem de⁹ ad īpossibile ↄstringit: sed nec ad graue aliqd̄. Iugū eni meū inq̇t suaue est et onus meū leue. Quippe alleuiat iugū dei remuneratiōis effect⁹. Un̄ sup illud i Thren̄. Bonū est viro cū portauerit iugū dn̄i ab adolescētia sua: dic glosa. Est iugū dn̄i leue ꝛ ele-

uatū ſpe remunerationis eternę. Inſup allē-
uiat iugū dn̄i amoroſus affect⁹. Un̄ Hiero.
Nichil amātibꝫ durū: null⁹ labor difficilis
amem⁹ ⁊ nos xp̄m ⁊ facile videbit̄ eſſe diffi-
cile. Nēpe pcepta dn̄i cū ſint funiculi at-
tractiui ⁊ amoris vincula vnitiua: ipſum ho-
minē ad deū trahūt ⁊ cū deo arti⁹ ſtringunt
atqꝫ in amore vniūt. De quibꝫ funiculis et
vinculis dn̄s p Oſeā pphetā dic̄. In funi-
culis adā traham eos: i vinclis caritatꝫ. Dicit
adam: vtpote cui primo preceptorꝫ vincula
iniecta ſunt. Per obedientiā quoqꝫ pceptorꝫ
dei: homo beatā vitā meretur aſſeq̄. Unde
ipſe ſaluator i euāgelio. Si vis vitā igredi
ſerua mādata dei. Deniqꝫ pōdera bonū obedie-
tie ſicut xp̄s pōderauit: ⁊ eū ſeq̄ nō verecū-
deris. Unde Bernar. Memētote fratres:
xp̄s ne pderet obedientiā pdidit vitā. Qui
in ſignū ꝙ mādato patris obediendo mortē
ſuſtinebat: iclinato capite tradidit ſpiritū.
Inclina ergo ⁊ tu caput tuū: caput aie. ca-
put ſcilicet tue ſupbe volūtatis: que tanqꝫ
caput imperat mēbris aliis. Inclina illud
⁊ humiliare ſub potēti manu dei: imo vel
ſub capite oipotenti. Quippe ipſi⁹ i menſa
dignitas hoc requirit ⁊ omnē in hac parte
verecundiā excludit. Magni ꝗ valoris eſt

preceptis dei obedire.

De obedientia ſuperioribus ex=
hibenda. Capl'm. iii.

Sed ⁊ tanti eſt alteriꝰ ſuperioris prece
ptis obedire ꝓpter deū: cū in hoc ma=
gis deo obediat q̃ ipſi ſupiori: dicēte apo=
ſtolo. Serui obedite ꝑ oīa dn̄is vr̄is: q̄dcū
q̄ facitis ex animo operamini ſicut dn̄o et
nō hominibus: ſcientes q̄ a dn̄o recipietis
retributionē. Unde ⁊ Bernar. Quicquid
vice dei precipit homo quod nō ſit certum
diſplicere deo haud ſecus omnino eſt acci=
piendū q̃ ſi ꝓcipiat deꝰ. Unde ⁊ Thomas
de aq̄no. Nichil maiꝰ homo poteſt deo dare
q̃ q̄ ꝓpriā volūtatē propter ipſum alterius
ſubijciat volūtati. Un̄ in ſumma virtutū.
Multū glorificat deū vere obediēs q̄ facit
beneplacitū dei: cum deus hoc ei mandat
etiā per vilē perſonā: ⁊ tanto eſt gloria dei
maior: quanto pſona illa eſt vilior. hec ibi.
Sed ⁊ vlteriꝰ tanto magis glorificat obe=
diens: quāto ipſe magis deū glorificat. Et
ꝑfecto de primo ad vltimū ſeq̄tur: q̄ quāto
viliori q̄s ꝓpt deū obedierit: tāto glioſior ipe
erit. Un̄ Augꝰ. Bonꝰ ſi fuerit q̄ tibi preeſt
nutritor tuꝰ ē: malꝰ ſi fuerit tēptator tuus ē:



⁊ nutrimēta libēter accipe ⁊ in tēptatione
approbare. Vñ ⁊ in ſūma virtutū. Non te
moueat magiſter īperit⁹. īdiſcreta poteſtas
ſcꝫ quo min⁹ ꝑfecto obedias: nō tm̄ bonis ⁊
modeſtis ſed etiā diſcholis. Ut autē dicit
Bernard⁹. ꝑfecta obediētia maxime in īſi-
piēte eſt īdiſcreta: hoc eſt nō diſcernere q̇d
vel quare ſibi ꝑcipiat: ſed ad hoc tm̄ nitivt
fidelit ⁊ humiliter fiat qđ a maiori ꝑcipit.
Profecto ipſa obediētia quibuſuis bonis
aliꝭ libere factꝭ ꝓpt deū dinoſcit ꝑferenda
Vñ in Eccleſiaſtico dicit. Melior eſt obe-
diētia q̄ꝫ ſtultoꝝ victime: q̄ſi ſupponſ illos
ſtultos eſſe q̇ bonū obediētie nō ꝑficiūt: ſꝫ
negligūt: volētes magis alia ꝑ volūtate ꝓ
pria deo victimare. Nimiꝝ dn̄s in domo
ſimonis diſcubuit. Simō aūt obediēs in-
terptat: ⁊ ſic dom⁹ ſimonis eſt dom⁹ obediētꝭ
Quid igit eſt dn̄m in domo ſimonis diſcu-
buiſſe: niſi q̄ ꝑ obediētiā hō dom⁹ dei efficit.
Deniq̄ꝫ ſicut hoīem ſua īobediētia de para-
diſo eiecit: ita obediētia in paradiſū hoīem
introduxit. Nimiꝝ xp̄s eduxit diſcipulos
foras in bethaniā: ⁊ benedicēs illis ferebat
in celū. Felix quē ducit dn̄s ī bethaniā: id ē
in domū obediētie. Nā ſperare poteſt ꝑ aliꝭ
q̄ ⁊ ipſe poſt xp̄m in eodē loco aſcenſurus ſit

in celū. Merito aūt qui ſūt huiuſmodi ſup
alios exaltātur. exēplo xp̄i: q factꝰ eſt obedi-
ens vſqꝫ ad mortē: ꝓpter qḋ ⁊ deus exaltauit
illū. Porro ꝑfecte obediens parꝫ uel nichil
pati habet in futuro. Nā in vere obediente
xp̄s viuit ⁊ opatur: dicēte aplo. Viuo ego iā
nō ego: viuit i me xp̄s. Nec ē veriſile q deꝰ
ſit i futuro coꝝ opeꝝ vltor: qꝛ ħ ē actor. Sꝫ
⁊ magni lucri ē obediētia. Subditꝰ enī ꝑfe
cte obediēs qſi meret ꝯtinue: qꝛ nō ſolū cir
ca bona exequēdo: ſꝫ etiā dubia: qn̄ nō ſuo ſe
ſui. ſꝫ ſēſui ⁊ volūtati innititur ſui ſupioris.
Manifeſto enī pctō circūſcripto ſi h' qḋ ei
iniūgitur aliqḋ pcti vł' picli i dubio ꝯti-
neret: nō ei eſſet ſed ſupiori cuiꝰ ſenſui ⁊ vo
lūtati innitit' iputandū: ⁊ ſic ei de ſuis ſupio-
ribꝫ poteſt dici. In manibꝫ portabunt te ne
forte offendas ad lapidē pedē tuū. Nimirꝫ
ſubditꝰ nō ſolū nō peccat ſed etiā meretur ſi
in dubio obediat ſuo ſupiori: in q caſu me-
lior eſt cōditio ſubditi qꝫ ſui ſuperioris cui
obedit: vel quē iuuat in cauſa ꝓbabilit' du
bia: quāuis ſm veritatem ſit iniuſta. Facit
ad hoc ſentētia Auguſtini habita i decretꝫ.
Profecto obediētia eſt qſi nauis inſtitoris.
Nēpe ſicut ille in naui etiā quieſcēs: come-
dēs vł' bibēs illuc ꝓcedit quo quidē tendit



q: nō ſuo ſ; motu mouet̄ alieno: ita ꝛ obediēſ
in religiōe etiā q̄eſcēdo: comedēdo ꝛ bibēdo
ad portū ſalutis ꝑuenire meretur.

## De carētia proprie volūtatꝭ. Ca. iiii

Ceterū nō triſteris de ꝓpa carentia vo-
lūtatꝭ: q̄ grāde malū eſſe ꝑdicat̄: ꝛ qua
ceſſāte hō a grādi malo ꝯſeruat̄. Un̄ Bern̄.
Grāde malū eſt ꝓpria volūtas. Et iterum.
Ceſſet volūtas ꝓpa ꝛ infernus nō erit. In
quē eī deſeuiet ignis: niſi ī ꝓpriā volūtatē.
Nā ꝓpa volūtas deū īpugnat: ꝛ aduerſus eū
extollit̄: ipſa eſt q̄ paradiſū ſpoliat: infernū
ditat: ſanguinē xpi euacuat: ꝛ ditioni dia-
boli mūdū ſbiugat. hec Bern̄. Denicꝫ mul-
tū valet ꝓpe volūtatis abdicatio: q: ꝓpriā
volūtatē abdicās habēſcꝫ ꝓptū animum
volūtati dei vel alteri⁹ ꝓpt̄ deū obediendi
in oībꝫ: talis pro infinitis a deo remunera-
bitur q̄ nunq̄ꝫ eſt facturus. Quia qui ꝑfecte
volūtati alteri⁹ ſuā iā ſubiecit: is multa et
maxīa quāuis vix poſſibilia ſcd̄m equiualē-
tiā in ordine ad mercedē capiendā iā ꝑfecit
ſcꝫ oīa que ille precipere potuit: quāuis ea
realiter non fecerit nec vnq̄ꝫ factur⁹ ſit. Un̄
Hieronym⁹. Perfecta voluntas faciendi
pro opere reputat̄ facti. Et iterum. In lege
opera requiruntur: in euangelio voluntas

q̃ritur: q̃ ꝛ ſi effectū nō habuerit tñ premiū nō amittit. Un̄ ꝛ Aug⁹. Quicq̃d vis ꝛ non potes: factū deo reputat. Un̄ etiā Greg⁹. Nō eſt man⁹ vacua a munere ſi arca cordis ple-na fuerit bona volūtate. Inſup ꝓprie volūtatꝫ ꝑpt obediētiā abdicatio opa minora deo facit maioribꝫ eſſe gratioſiora. Un̄ Thoās de aq̄no. Quia neceſſitate aliq̃ faciēdi q̄ ſm ſe nō placēt: ꝑ votū obediētie hō ſe ſubijcit ꝑpt deū: ex eo ipſo ea que facit ſūt deo ma-gis accepta ſi etiā ſint minora: q꞉ nichil hō mai⁹ deo dare poteſt: q̄ꝫ q̄ ꝓpriā voluntatem ꝑpt ipſū alteri⁹ volūtati ſbijciat. Un̄ in col laciōibꝫ patrū dicit̄: deterrimū gen⁹ mona-choꝝ eſſe ſarabaitaꝝ: q̄ abſoluti a ſenioꝝ iu go hn̄t libertatē agēdi qḋ libitū fuerit: ꝛ tn̄ magiſ q̄ꝫ hi q̄ ī cenobijs degūt. opibꝫ. diebus ꝛ noctibꝫ ꝯſumūtur. Hec Thomas.

## De votorū obligatiōe. Ca. v.

Rurſū nō debes triſtari ſup votoꝝ emiſſo-rū obligatione: ſed magis ꝯſolari. Un̄ Aug⁹. Nō te vouiſſe peniteat: imo gaude ti-bi iā nō licere qḋ cū tuo detrimēto licuiſſet. Felix neceſſitas q̄ ad meliora cōpellit. De-niq̄ ſm Thomā aquinēſem: ꝑpt tria meli⁹ ē aliq̃d facere ex voto q̄ꝫ ſine voto. Priō: q꞉ vouere eſt act⁹ latrie: q̄ eſt virt⁹ nobiliſſima:

q̄d autē īperatur a virtute nobiliſſima meliꝰ eſt ⁊ magis meritoriū. Secūdo: qꝛ qui vouet magis ſe deo ſubijcit q̄ꝫ ille q̄ nō vouet: ſicut ille q̄ arborē dat cū fructu: magis dat q̄ꝫ qui dat tm̄ fructū. Tertio: qꝛ volūtas ꝑ votū imobiliter firmatur ad bonū facere. Facere aūt aliquid ex voluntate ad bonum firmata: hoc ad ꝑfectionē ꝑtinet ꝟtutꝫ. hec ille. Sane illd̄ q̄d cadit ſub voto: vel ſcit̄ eē bonū: vl̄ malū. vl̄ q̄le ſit ē dubiū. Si dubiū facile poterit in certū bonū cōmutari. Si ꝓo bonū q̄ nō eſt aliud meliꝰ. ꝯſolatoria debet eſſe ad ipſum īplendū obligatio felici neceſſitate exiſtēte q̄ cōpellit in meliora. Si aūt ꝯtriſtat: qꝛ aliud incōpoſſibile meliꝰ eſt eo: facile poterit eo in meliꝰ cōmutato triſticia ceſſare. Immo circa bonū ⁊ melius audi Bernardū. Ego inq̄t non arbitror minora vota īpedire debere maiora: nec deū exigere q̄d tanq̄ꝫ ſibi ꝓmiſſū bonū ſi pro eo melius aliq̄d fuerit ꝑſolutū. Porro ſi q̄d ſb̄ voto cadit malū eſſe dinoſcit̄. nō ꝯtriſtet votū. qꝛ nō eſt obligatoriū: dicēte Iſidoro. In malis promiſſis reſcinde fidē: in turpi voto muta decretū: q̄d incaute vouiſti nō facias. Impia eſt ꝓmiſſio q̄ ſcelere adipletur. Deniqꝫ circa id q̄d euentu malū fit: doctores ſic diſti-

niūt. Illud inquīt qđ in aliq̄ euētu eſt bonū
in aliq̄ malū: nō obligat niſi p̄ euentu bono.
vt votū Jepte: de quo dicit̄ in libro Judi-
cū. Vn̄ Thomas aquineſis. Quicq̄d votū
fiēdū ipediret ſi p̄ns eēt: etiā facto voto ob-
ligationē aufert. Unde ſi aliq̄d poſſibile cū
vouet̄ poſtea fiat ipoſſibile: tollit̄ obligatio

## De mūdi relictione. Ca. vi.

Propter mūdū relinq̄re eſt vincula valde
periculoſa euadere. Vn̄ Aug⁹. Vin-
cula hui⁹ mūdi aſperitatē habēt verā: falſā
iocūditatē. certū dolorē: incertā voluptatē
durū laborē. timidā quietē. rem plenā miſe-
rie: ſpem btitudinis ianē. Et iterū. Mūd⁹
iſte piculoſior eſt bland⁹ q̄ moleſt⁹. et magis
cauēd⁹ cū ſe allicit diligi: q̄ cū admonet co-
gitq̄ ɔtēni. In hoc mūdo nō timere: nō labo-
rare: nō piclitari impoſſibile eſt. Et iterū.
Ibi nichil niſi fragile plenū periculis: p q̄
pericula puenit̄ ad maius periculū. Pereāt
ergo hec oia: et dimittam⁹ hec vana et īania
cōferamus nos ad ſolā inquiſitionē eorum
que finē nō habent. Vita hec miſera mors
īcerta: cito obrepit: et poſt h̄ negligētie ſup-
plicia luēda ſūt. hec Aug⁹. Quare merito
mūdus relinquēdus eſt ppt chriſtū dulcem
refectionē: q̄ teſtāte Bernardo: cui chriſt⁹



ſcipit dīceſcere: neceſſe ē amareſcer̄ mūdū.

## De ingreſſu religionis. Ca. vii.

Et pfecto habitare in clauſtro merito plus delectat: qđ paradiſo voluptatis ꝯparat. Vñ Petr᷒ raueñ. Juxta ſententiā cordis mei ſi paradiſus in hac vita pñti eſt: vl' ī clauſtro vel in ſcholis ē. Quicqđ eni extra hec duo ē: plenū ē āxietate: inqetudine. amaritudine. formidine. ſollicitudine et dolore. Vñ ⁊ Bern̄. Vere clauſtrū eſt paradiſus: hic prata virētia ſcripturaꝝ: hic parit̄ fluēs lachrymaꝝ vndoſitas: quam de puriſſimis affectibꝫ amor ille eliquat: hic eni ſūt arbores eminētiſſimi chori ſanctoꝝ: ⁊ nulla eſt q̄ nō mltā fruct᷒ gaudeat vbertate: hic eſt illa ſblimis mēſa: in qua de᷒ ⁊ cibās eſt ⁊ cibus: munerās ⁊ mun᷒: offerēs ⁊ oblatū: cōuiua ⁊ cōuiuiū. Hic ꝯgeſte ſunt oīpotentis diuitie hic refuſa eſt gloria āgeloꝝ. Putaſne ociari illos qui habitant vnius moris in domo? Videas hūc ſacris lectiōibꝫ intendētē: illū incūbentē orationibꝫ: hūc pro ſuis exceſſibꝫ lacrimantē: illū in dei laudibꝫ exultantem: hūc vigilantē: illū ieiunantē: ⁊ officia pietatis ſibi inuicē incutere. Nocte conſurgunt ad confitendū ei. Veſpere ⁊ mane ⁊ meridie narrant ⁊ annūciant eius laudem: ⁊ oīs

illorum ſedulitas in orbem diuini rotatur obſequiȷ̃. Hec Bernar.

## De preſſura captiuitat⁹. Ca. viii

INſup dū preſſura captiuitatis detineris: acceſſu mētis ad deū ire cōpulſus cū ꝯfeſſione laudis vel peccati in ſolo deo ꝯſolationē habeas: ⁊ leteris quēadmodum Tobiā de deo loquente dixiſſe nouim⁹. Ego inq̄t in terra captiuitatis mee ꝯfitebor illi. Et ſequitur. Ego aūt ⁊ aīa mea in eo letabimur Sed nō par eſt in deo letari: q2 bonū hm̄oi leticie que eſt in deo: qui bonū eſt infinitū: dure captiuitatis malo quātitate quodāmodo preponderat infinita. O quantū merito poſſet homo ꝯſolari capt⁹ ſeu vinculatus: pſertim ꝓpt fidē chriſti ꝓdilectionē operātē. Nēpe talis hoc ipſo aureis catenis fortiſſimis alligaret chriſto cui ſic alligatū eſſe eſt veri⁹ in celo q̄ȝ in terra eſſe: ⁊ ꝑ ꝯſequens q̄ȝ in terra captū vel vinctū eſſe: imo cēſend⁹ eſt talis ī terra nō eē. Profecto eni modicū ꝓ nichilo reputat. Vn̄ ſi minim⁹ digit⁹ me⁹ ſolus eſſet in carcere: nemo ꝑ hoc incarceratū me iudicaret. Sed certe ſm̄ Auguſtinum: minus eſt totū corpus reſpectu anime: q̄ȝ ſit digitus minim⁹ reſpectu reſidui corporis. Quare pari mō cogitatiōe ⁊ auiditate ī illa

eternis patria ↄuerſat⁹. cēſendus eſt in tra
nō eſſe. vbi eſt ſcdm̄ minimā partē ſue ſub//
ſtātie circūſcript⁹. Nec de carcere triſteris
aut eni ex delicto carcerē meruiſti: aut iuſtus
exiſtēs minime deliq̄ſti. Si detur primū: bo
nū eſt tibi qđ h̄ luis delicta: hic te nō punito
vel min⁹ q̄ꝫ carcere: incōparabilit̄ alibi gra
ui⁹ lueda. Si vero detur ſm̄. crede ꝛ nulla
tenus dubites qꝛ ꝑ penalitate indebita ha
bebis delitias. Rurſum iuſtus pro ↄfuſione
carceris laudes habebit ꝛ ſolatia ſocietatis
De laudibꝫ q̄dē carceris ſic dicit auguſtin⁹
Nō ita laudam⁹ ioſeph cū frumentū diſtri
buebat: ſic cū carcerē īhabitabat. De ſola//
tio ſocietatꝫ vero multꝫ patet in locis. Nā
Petrū. Paulū. Johēm baptiſtā ſocios ha//
bet: ꝛ plurimos q̄ vincla ꝛ carceres experti
fuerīt. Deniqꝫ iuſt⁹ ꝑ detētiōe carceris liber//
tatē habet celeſtis deābulatiōis. Vn̄ queād
modū ad quendā ait Hieronym⁹. Infini//
ta heremi vaſtitas te terret: ſꝫ tu paradiſū
mēte deābula: quociēſcūqꝫ cogitatione ac
mēte illuc ↄſcēderꝫ. totiēs i heremo nō eris
Ita ecōuerſo dicere poſſū pari pacto. Si
carcer te terret: paradiſū mente deābula:
quociēſcūqꝫ cogitatiōe ac mēte illuc ↄſcen//
deris: totiens in carcere nō eris.

¶De excõmunicatione et alijs cen
ſuris inflictis. ¶Ca. ix.

D Emũ o hõ ſcies ꝙ p̄lati eccl'iaſtici ſa-
cerdotes: ⁊ p̄cipue ſũmi põtifices ſũt
medici ſpũales. eo ꝙ ꝯ tumorẽ ꝯtumatie: q̄
eſt vtiq̧ periculoſior omni corporali tumore
inquãtũ meret̃ penã gehẽne: mẽbris corꝑis
xp̄i miſtici: ⁊ maxime dicto tumore īfirmatꝫ
ſeu grauatꝫ adhibere hñt ſpũalẽ medicinã
cẽſure eccl'iaſtice: cuiꝰ modi eſt ſentẽtia excõ
municatiõis: ſuſpẽſionis ⁊ interdicti. Hinc
nãq̧ de excõmunicatiõe dicũt iura: ꝙ medi
cinalis eſt nõ mortalis: dũmodo is in quem
lata fuerit nõ ꝯtẽnat. Qui eni excõmunicat
ad h' ſm aplm. excõmunicat: vt ſpũs ſaluus
fiat. Spũs igit' excõmunicati ob tumorẽ
ꝯtumacie in p̄iculo eſſet ſalutꝫ ſue ſine excõ
municatiõe. Et nimirũ h' ſufficit p ꝯſolatõe
Cõſolari eni ſolẽt homines de amariſſimis
medicinis ꝑpt' ſpem ſalutis. Deniq̧ ſi ſen-
tẽtia excõmunicatiõis in te lata fuerit iuſte
ipſam nõ ꝯtẽnas: ſed de ipſa potiꝰ ꝯſoleris
tanq̧ de ſalubri medicina: que tanto eſt ſa-
lubrior: quãto ab excellẽtiori apothecario:
in cuiꝰ cordis apotheca. nõ modo virtutes
herbaꝝ: ſed oim virtutũ aromata ꝯtinẽtur.

eſt cōfecta. cū nō ab hoīe: vt dicūtur iura: ſed
ſm ſctōs pr̄es a deo pcedere vincula eccl'ia
ſtica dinoſcant. Un̄ Chryſo. Nemo ɔtēnat
vincula eccl'iaſtica. Nō enī eſt hō q̇ ligat: ſʒ
xp̄s q̇ hāc poteſtatē dedit hoībꝫ: ⁊ dn̄os fec̄
hoīes tāti honoris. Porro ſi ſentētia iiuſta
fuerit te nō ligat: dūmodo alias ꝑ ɔtēptū
nō ligeris: ſʒ magis paciēter ferēs excōmu
nicationē iiuſtā: celeſtē coronā: iuxta ſentē-
tiā auguſtini mereberis. Utiqʒ tāto magis
p̄cioſā: q̄zto ſentētiā ſuſtinuerꝫ magꝫ iiurioſā.
Sane ſi ꝑ h̄ de excōicatiōis vīculo ɔſolari
volueris. de ſuſpēſiōis ⁊ interdicti vinculis
magꝫ ɔſolari valeb̄: q2 ſentētia excōicatiōis
maior eſt ſm ſe oībꝫ penis eccl'iaſticis. De-
niqʒ nō dubiū q̄n tua irregularitas ⁊ ihabi
litas pauꝑiorē te faciat ⁊ in gradu hūilior
te ɔſtituat: atqʒ ſic ad ḡdū habitualis hūili
tatis ꝑfectiorē te diſponat. Porro ḡdꝰ hūi
liorē tibi deſiderāter āplectēdū ḡra ꝑfectio
nis hūilitatꝫ. ⁊ h̄ merito te debet ɔſolari: q2
ḡdus ꝑfectior hūilitatꝫ: nō modo epali: ſʒ et
oī ornatu eccl'iaſtico ꝑ āplīꝰ te ornabit. Au-
di de h̄ Bernardū ad decorē hūilitatꝫ ɔmē-
dādū: minꝰ dicētē ⁊ plꝰ itelligētē. Nulla in
q̄t ſplēdidior gēma in omni p̄cipue ornatu
ſūmi pōtificis q̄ʒ humilitas.

Duodecimꝰ liber cōtinet cōſola-
tionū remedia cōtra illa turbatiua
que opponūtur ſtudio cōtēplatiōis
z deuotiōis. Et habet capl'a. vii.

i De ꝯſolatione ſuꝑ carētia diuinoꝝ z
ſacramētoꝝ tēpore interdicti.
ij De ſbtractiōe vſus ſcp̄ture. (ditate
iij De ſbtractiōe deuotiōis z cordis ari-
iiij De carentia oportunitatis orandi vl'
alia bona faciendi.
v De exauditionis tarditate.
vi De fruſtratiōe petitiōis ꝑ tēporalibꝫ.
vij De diſtractione pro alioꝝ vtilitate ac
impedimēto ꝯtēplationis.

De cōſolatiōe ſuper carētia diuiorū
z ſacramētorū tēpore ītercicti. c. i.

P Rimo igiť q: vt eſtimo: diuīa offi
cia: z eccl'ie ſac̄mēta: z ſpecialiter
ſacra ꝯmunio ſi nō eſſent intdicta
tp̄e iterdicti: ſpūm tuū recrearēt
Ecce modo ad ꝯſolationē tibi ſit: ꝙ ſpūalis
medicꝰ hāc recreationē vtcūqꝫ intdixit: ꝑ ħ
dietās mēbra corporis xp̄i myſtici nō ſana
ꝗ mľtū valet taliť dietari. Nā hmōi abſtinē
tia ē eis ſūma medicina: z ſi obediāt medico

ſignū habēt ꝯſolatoriū: ſcꝫ ſignū ꝯſequēdi in primo ſanitatē ꝑ ſue īfirmitatis: puta tu moris cōtumacie ceſſationē. Nec obſtat q̄ nō in oībꝫ q̄bꝫ dicta diuinoꝝ ⁊ ſacramētoꝝ recreatio interdicit̄ tumoꝝ ꝯtumacie īuenit̄ Nempe ꝓpter tumorē vel aliā īfirmitatē capitis vel mēbri alteriꝰ. ſepe ex iuſſu me= dici oībꝫ mēbris aliis ſanis cibus ⁊ potus ſubtrahit̄ ex hoc ſolo q̄ immediate nō ſano mēbro adheret. Nā q̄uis īcipiēte hydro= piſi: tm̄ vnū mēbrū hoīs fit inflatū. ratione tamē illiꝰ oībꝫ mēbris aliis potꝰ ſbtrahitur quātūcū꜄ꝫ bonis. Sic aūt eſt ⁊ in ꝓpoſito: q̄ dicta recreatio ſubtrahit̄ etiā ſanis mē= bris eccl'ie ſine eoꝝ culpa: ſed nō ſine cauſa: ex eo ſcꝫ q̄ hn̄t aliquā adherētiā: vl' ſm̄ locū cū nō ſanis: vt ſcꝫ ſi fieri poſſit dent operam efficacē: vt ceſſet tumoꝝ arrogātie ſiue cōtu= macie ī illis ꝑpt q̄rū culpā lata eſt ſentētia īt̄dicti. vl' ſi h̄ nō poſſūt ſaltē ipſi culpabi= les eo citiꝰ ad coꝝ redeāt: quo magis hn̄t de hoc ꝯpati aliis ⁊ timere dei offenſam grauio rē: q̄ ipſoꝝ occaſiōe alii ꝑ p̄dicte ſue recrea= tiōis ſbtractionē affligant̄: q̄ nichilominus mēbra ſana ſi veracit̄ ſana ſūt. vtpote ad coꝛ= pus xp̄i myſticū ꝯmune ſibi ⁊ aliis bene di= ſpoſita: etiā ipa ꝑ ꝯmūe bonū eiuſdē corpo=

ris ꝯſolent: quia pfecta ſanitas h̄ reqrit: ꝙ vt
ꝟbis vtar auguſtini: coīa ꝑprijs: nō ꝑpa cō/
munib⁊ āteponāt. Sz ad ſana mēbra me ꝯfe
rēs: ꝯſolatiōiſqꝫ materiā ad ſacre coīonis ſa
c̄mētū reſtringēs: loquor ad te q̄ de ſanis mē
bris es ecclie. O hōſi de mēbris ſanis es: ſb
tracto tibi tp̄e int̄dicti vl̄ aliūde euchariſtie
ſacramēto. h̄ ꝑ ꝯſolatiōe ſit tibi ꝙ ꝑ h̄ nō ꝑua
ris neceſſario re ipa ſac̄mēti. Un̄ Thōas de
aq̄no in 4 hec diſtinguēs ait. Jd qđ ē ſacramē
tū eſt ſignū ei⁹ qđ eſt res ſacramēti. Duplex
aūt eſt res hui⁹ ſacramēti. Una qđē q̄ eſt ſig/
ta ⁊ ꝯtēta. ſcȝ ipſe xp̄s. Alia aūt ē ſigta ⁊ nō
ꝯtēta. ſ. corp⁹ xp̄i miſticū. qđ ē ſocietas ſctōꝝ
hec ille. Sac̄mētū ḡ tm̄ ſūt ſpēs ſac̄mētales
Et eſto ꝙ haꝝ ſumptiōe mēbra aliqua dicti
corꝑis ꝑuent̄ tp̄e int̄dicti: re tn̄ ſacramēti vl̄
effectib⁹ ei⁹ nō ꝑuant̄ neceſſario: imo q̄ntū ad
hmōi vident̄ eis paꝝ deꝑire. maxie etate ꝑue/
ctis: ⁊ i his q̄ fidei ſūt bn̄ iſtructi. ⁊ ſi i talib⁊
aliq̄d deperit q̄ min⁹ eā ꝯſequant̄. hoc qđ amō
ſtat ꝑ eos. Jſtis nāqꝫ nō neceſſario ſubtrahit̄
res ſac̄mēti ſigta ⁊ ꝯtēta. ſ. ipe xp̄s: quē ꝑfcte
ꝑnt eo tp̄e ſaltē deſiderare. Sz teſtāte. Gre.
q pfecte deū deſiderat ꝑfecto iā hȝ quē amat
Nō ſbtrahit̄ etiā neceſſario res ſigta ⁊ n̄ ꝯtē
ta ſcȝ corp⁹ xp̄i miſticū. De q̄ dixiſſe videtur

btã agnes. Jã inq̃t corp⁹ ei⁹ corpori meo ſo//
ciatũ ē: ſcʒ i quãtũ ipſa ei tã q̃ mẽbrũ ſociata
eſt. Deniq̃ʒ mẽbris ſanis etiã q̃ntũ ad effectũ
ſacᵉmẽti fit ꝑ ꝯſolatiõe q̃ cibũ ſacramentalē
corporalit̃ ſbtractũ mãducare pñt fide ⁊ deſi
derio. Fide q̃dē: dicẽte btõ Auguſtĩo. Crede
⁊ mãducaſti. Quantũ aũt ad deſideriũ: audi
Thomã aq̃nẽſem. Sicut inq̃t aliq̃ baptizant̃
baptiſmo flamis ꝑpt̃ deſideriũ baptiſmi ãte
q̃ʒ baptizent̃ baptiſmo aq̃: ita etiã aliq̃ mãdu
cãt ſpũalit̃ h̃ ſacᵉmẽtũ ãteq̃ʒ ſacramẽtalit̃ ſu//
mãt ꝑpt̃ deſideriũ ſumẽdi ipſũ ſacramentũ.
Et h̃ mõ dicũt̃ baptizari ⁊ mãducare ſpũalit̃
⁊ nõ ſacramentalit̃ illi q̃ deſiderãt hec ſacra//
mẽta. hec ille. Sane ml'tũ expedit ⁊ vtile ē: q̃
hõ ſacᵉmẽti deſiderio ſupaddat tantã actualē
deuotionē ⁊ diſpoſitionē: cũ quãta alias ſe ꝑ
pararet ad verꝫ ſacᵉmẽtũ. Si eñi illo tp̃e quo
alias ad ſacramẽtũ eſſet acceſſur⁹ bene recol
lect⁹. ꝯfeſſus ⁊ ꝯtrit⁹. ꝑ ſpaciũ vni⁹ miſſe vel
circit̃ deuotiõi ſe daret ac ſi eſſet cõicaturus
⁊ ſic diſpoſit⁹ nichilomin⁹ ex obediẽtia eccl'e
a ꝑceptiõe ſacᵉmẽti ⁊ a miſſa abſtĩerꝫ. h̃ q̃ztũ ad
effectũ ſacri ꝑcipiẽdũ ml'tũ ꝓficeret ⁊ iuuaret

¶ De ſubtratiõe vſus ſcripture. Ca. ii

P Orro de ſbtractiõe vſus ſacre ſcꝑture ⁊
ceterorꝫ hmõi noli turbari: q̃r ſignũ in

bonū ē tibi. Vn̄ Hugo loqn̄s de ſaluatore ſic
dic̄. Ait ad diſcipl'os. Niſi ego abiero para
clit⁹ n̄ veiet ad vos. Idcirco nimir̄ dn̄s ieſ⁹
diſcipl'is ſuis ſe ſbtraxit corporalit. vt eū di
ſceret̄ amare ſpūalit. Erat eni ꝛ ipſe q̄dē pri⁹
id ē. ātepaſſionē paraclit⁹. id ē. ꝯſolator ſm
p̄ntiā corporalē: ſꝫ hec ꝯſolatio q̄ſi lac erat de
carne manās paruul'. Idcirco ſbtractū eſt lac
vt ad pfectionē ꝯualeſceret̄ amoris ſpūalis
Aſcēdit ſiq̄dē i celū: vt corda poſt ſe traheret
ꝛ dilect⁹ ꝑgeret p⁹ dilectū. Sꝫ ꝛ vſqꝫ hodie
xp̄s amicos ſuos q̄ſi q̄dā corporali p̄ntia cō
ſolat̄ i ſcriptura ſacra ꝛ eccl'ie ſacramētis atqꝫ
alijs viſibilibꝫ exercitijs v̄tutū: quoꝝ aliqn̄
diſpēſatorie ſbtrahit vſū: vt ſpūal' amorꝫ dlce
dinē tāto puri⁹ ꝑcipiāt: q̄ nihil foris h̄nt etiā
i ope virtutꝫ ad qd mētē ſuā p intētionē effū=
dāt. hec hugo. Quapp̄t h̄ ꝯſolatōis ſignū ha
beas q̄ p̄miſſoꝝ ꝛ ꝯſiliū ſbtractio te ꝑturbās
q̄nqꝫ ad mai⁹ q̄ꝫ ſit ea hēc bonū hoīs ordinat̄.

De ſubtractione deuotionis ꝛ cordis ariditate. Capl'm. iij.

Simile ē in cordis ariditate ſbtracto de
uotiōis hūore. Nimir̄ q̄ꝫtū ad hāc ariditatē
de⁹ a q̄ deuotōis hū or deriuat̄: ſe ꝛ deuotiōēꝫ ip
ſam hac de cauſa nōnūq̄ꝫ diſpēſatori e ſbtrahit
vt fidel' aīa deuotionē ipſā p̄ri⁹ habitā ꝑ ari=

ditatē cordis ſbſeq̄ntē q̄ ad ſaporoſos fruct⁹ bonoꝝ opeꝝ ſe ſterilē eē ſentiēs: mēorq; deuo/tiōis p̄terite ⁊ ꝑdite ꝑ deſideriū deuotionis rediture ā̄pli⁹ ꝑficiat: q̄ten⁹ ſic ariditas ipſa naturali q̄dāmodo appetitu maiorē deuotiōis humorē q̄z pri⁹ habuerit attrahat: atq; maiori deſiderio ad deū q̄ſi ꝑditū reinueniēdū moueat: ⁊ dicat cū ſpōſa. Ueniat dilect⁹ me⁹ in hortū ſuū: nō ſolū vt ſtatī comedat fructū pomoꝝ: ſ; vt āte veniat rigās qḋ ē ſt aridū. Ipſe nāq; ē cui⁹ int alios ꝑn̄tie ſue effect⁹. ſm ber. eſt rigare arida. Specialit aūt h̄ hoiez q̄ cor/dis patit ariditatē ꝯſoletur: q ꝑ h̄ nō minus meret qn̄ nō habet deuotionis lacrimas nec ſpūalē leticiā: poteſt nāq; īniti nichilomin⁹ ſoli lumini fidei: cui ſoli īniti eſt parui meriti: ſ; nōnūq̄z eſt maioris q̄z ſit meritū alioꝝ.

¶ De carentia oportunitatis orandi vel alia bona faciendi. ¶ Caplm. xiij.

CEterꝝ nō triſterꝭ de carētia oportunitatꝭ orādi vl̄ aliud opus ſpūale faciendi: q2 carētia hmōi nō ſe extēdit ad actū volūtatꝭ: q̄ min⁹ op⁹ ſpūale ꝑfecte potes velle: q̄uis illḋ exteriori exercitio nō vales ꝑficer̄. Et h̄ i tm̄ q̄dē ſuffic ingr̄tū apḋ deū ⁊ m̄ltotiēs etiā apḋ hoies cū deeſt facultas: volūtas boni opis ꝑ facto reputat. An nō ita apḋ deū volūtas bōi

opis queadmodū apud eū volūtas praui operis p facto reputat. Audi de hoc verbū ſaluatoris. Dictū ē ā ātiqs. Nō mechaberis. Ego āt dico vob. qm ois q viderit mulierē ad cōcupiſcēdū eā: iā mechat⁹ ē eā ī corde ſuo. Spcialiter aūt de orōne forſitā atrēdis illud verbum apli. Sine intermiſſione orate rc. r triſtaris ex eo q pp̄ter īpedimētū aliqd vl' opportunitatis carētiā reputas ei⁹ īpletionē tibi fore īpoſſibilē. Sz neq̄q̄ ē ita qr r itidē apl's alibi dicit. Orabo ſpū. orabo r mēte. Sz r officiū orōnis deo acceptabi'e. p alios doctores ſcē eccl'e cōſolabilit extēdit. Un̄ augu. Deſideriū boni ē orō. r ſi cōtinuū ē deſideriū. cōtinua eſt oratio Un̄ r Amb. Nūq̄ deſinit iuſt⁹ orare niſi deſinat iuſt⁹ eſſe: ſemper orat qui ſemper bn̄ agit

## ¶ De exauditionis tarditate. Ca. v.

NEc turbari debes de orōnis difficultate vl' exauditiōis tarditate tibi pl'imū ad bonū cedēte. De⁹ eni tarde te exaudiēdo tacite q̄ſi rei petite cōmēdat valorē. Quo etiā tibi dat īducias rei petite cōſiderādi magnitudinē: eo r auget deſideriū ad capacitatē pariterq̄ adauget dū exaudit pceptōis dl'corē. Nēpe r cibū dare differēs auget eſuriē: q quāto fit ītēſior: tāto cibi ſūptio tādē reddit dulcior ſeu delectabilior. Un̄ aug⁹. Cū tardi⁹ dat de⁹

ꝯmēdat dona nō negat: diu deſiderata dulci⁹
obtinent: cito aūt data vileſcūt. pete. q̄re. ita pe
tēdo ⁊ q̄rēdo creſcit vt capias: ſeruat tibi de⁹
qđ cito dare nō vult. vt ⁊ tu diſcas magna
magne deſiderare. Vn̄ ⁊ Gre. Deſideria nr̄a
vtiq; dilatōe extēdūtur vt ꝓficiāt: ⁊ ꝓficiūt vt
ad h' qđ ꝑcepta ſūt ꝯualeſcāt: exercitātur i cer
taīe vt maiorib⁹ p̄mijs cumulētur i retributōe
labor ꝓtrahitur pugne vt creſcat corōa victorꝫ.

## ¶ De fruſtratōe petitōis pro tp̄alib⁹. vi

De fruſtratōe etiā petitōis tue ꝓ re tp̄ali
facte noli triſtꝫ eſſe. vtiq; ꝓpter mai⁹ bonū
tuū a deo tibi denegāte. Ipſe eni nouit qđ tu
neſcꝫ. Nō eni negaret q̄ oīa nouit ac beniuol⁹
⁊ diues ē i oēs: niſi ſciret q̄ re illa male vſu//
r⁹ eſſes: qđ ſi ꝓſciret ipſā nō peteres. Poti⁹ ḡ
de negatiōe ei⁹ ꝯſolare ⁊ gr̄as age deo: q̄ ni//
chil hor̄ tibi denegarꝫ: niſi gr̄a ſalutꝫ tue Vn̄
⁊ Aug⁹. Cū ea q̄ de⁹ laudat ⁊ ꝓmittit ab illo
petitꝫ. ſecure petite: illa eni deo ꝓpitio ꝯcedūtur
qn̄ aūt petitꝫ tp̄alia cū mō petite ⁊ tiore: illi cō
mittite vt ſi ꝓſint det: ſi ſcit obeſſe nō det: qđ
eni obſit vl' ꝓſit nouit medic⁹ n̄ egrot⁹. Et ite
rū Aug⁹ ſup illo v̄bo ſaluatoris. Qđcūq; pe//
tieritꝫ i noīe meo h' faciā. Quid ingt eſt: qđ//
cūq; petieritꝫ. cū videam⁹ plerūq; fideles ei⁹
petere ⁊ nō accipe. Ac forte ꝓpterea q̄ male

petūt: male enī vſurꝰ eo qđ vult accipere deo potiꝰ miſerāte nō accipit. Et ſeq̄r paucꝫ iter/ poſitꝫ. Audi illic poſitū ſic eſſe: i noīe meo qđ ē xp̄s ieſus. Jeſus ſignificat ſaluatorē: ac p̄ h qđcūqꝫ petimꝰ aduerſus vtilitatē ſalutis. nō petimꝰ in noīe ſaluatoris. ꝛ tñ ip̄e ſaluator eſt nō ſolū qn̄ facit qđ petimꝰ. verꝫ etiā qđ n̄ fac Qm̄ qđ videt peti ꝯtra ſalutē n̄ faciēdo ſe ex hibet ſaluatorē. Nouit enī medicꝰ q̇d p ſua ſalute q̇d ꝯtra ſuā ſalutē poſcat egrotus. Et ideo ꝯtraria poſcētꝫ n̄ facit volūtatē vt faciat ſanitatē. Sane qđ qꝫuis i noīe eiꝰ petamꝰ nō tūc qn̄ petimꝰ facit ſed cū facit differtur qđ petimꝰ nō negatur. Hec Auguſtinꝰ.

## De diſtractione pro aliorū vtili= tate ac īpedimento ꝯtēplationis. Ca. vij.

RUrſū nō triſteris de tua diſtractione p aliorꝫ vtilitate: qꝛ diſtractio ratiōe pfectus primorꝫ habita nōnūqꝫ cedit in magnū bonū habēti. Vn̄ Gregꝰ Caritas q̄ diuiſa vnire ꝯſueuit cor iuſti diuidi p mlta ꝯpellit: qđ tñ tāto ardētibꝫ i deo colligit: quāto latiꝰ per fectā deſideria ſpargit. Vn̄ ꝛ Innocētiꝰ teriꝰ Nullꝰ abſqꝫ licētia romani pōtificꝫ occaſione quacūqꝫ deſerere p̄ſumat pſulatū: qm̄ ſicut maiꝰ bonū minori bono preponitur: ita com/ munis vtilitas ſpeciali vtilitate prefertur.

Eti hoc caſu recte ꝑponit doctrina ſilētio: ſol
licitudo ɔtēplatiōi: ⁊ labor q̇eti. Ad qđ vtiqꝫ
deſignandū vnigenit⁹ dei fili⁹ nō de rachele
ſm̄ carnē nat⁹ eſt ſed de lya. Nec legit eū in
domū ſuā mariā accepiſſe ſꝫ marthā. Vñ qñ
pōt eps̄ ꝑeſſe ⁊ ꝓdeſſe nō debet cedēdi poſtu-
lare licētiā aut etiā obtinere. Vñ ⁊ Bernar.
Ex bonis opib⁹ mēs aſſueta q̇etis recipit cō
ſolationē q̄tiēs ſibi lux vt aſſolet ɔtēplatiōis
ſbtrahit. Quis enī nō dico ɔtinue: ſed vl' diu
dū ī hoc corꝑe manet lumīe ɔtēplatōis fruat
ac q̄tiēs corruit a ɔtēplatiua: totiēs in actiuā
ſe recipit: inde nimiꝝ tāqꝫ e vicino familiari⁹
reditura in idipſū: q̄m ſūt inuicē ɔtubernales
⁊ cohabitāt he due parit: ē q̇ppe ſoror marie
martha. Et iterꝫ. Hoc ſiq̇dē vera ⁊ caſta ɔtē
platio habet: vt mētē q̄nto diuīo igne vehe-
mēter ſuccēderit: tāto repleat zelo ⁊ deſiderio
acq̇rēdi deo q̇ eū ſilr diligāt: vt ociū ɔtēplatio
nis ꝓ ſtudio ꝑdicatiōis libētiſſime ītmittat
Et rurſū petita votis aliq̇ten⁹ ī hac parte: tā
to ardēti⁹ redeat in idipſū: q̄ꝫto ſe fructuoſi⁹
intmiſiſſe meminerit. Et recte ſūpto ɔtēplati
onis guſtu valēti⁹ ad acq̇rēda lucra ſolita ala
critate recurrat. hec Ber. Inſuꝑ mai⁹ ꝑmiū
⁊ idcirco dlci⁹ ſeu delectabili⁹ maiori merito
correſpōdet. Sꝫ ꝑ vite actiue opa ɔtīgit magi

mereri: ⁊ ideo ne illa īpediant optabile est a p̄/
senti dulcedine vite ꝯtēplatiue vl' ꝑ tpe īpe/
diri. Vn̄ Thōas aq̄nēsis. Pōt ꝯtigere q̄ ali/
q̄s ī opibꝰ vite actiue plꝰ mereat' q̄ aliꝰ ī opibꝰ
vite ꝯtēplatiue: puta si ꝓpt abūdātiā diuini
amoris vt eiꝰ volūtas īpleat' ꝓpt ipsiꝰ gloriā
īterdū sustineat a dulcedīe ꝯtēplatiōis ad
tp̄s separari. hec ille. Et c̄te illō qō magis ē
xp̄o placitū: amore ipsiꝰ xp̄i h̄nti caritatē ma/
gis eē debet etiā ꝯsolatoriū: ⁊ ideo etiā ad salu
tē ꝓximoꝝ assumēdū. Vn̄ ⁊ Augꝰ. Ociū san/
ctū q̄rit caritas: negociū iustū suscipit neces/
sitas caritatꝭ. Quā sarcinā si nullꝰ īposuit: in
tuēde ṽitati vacādū ē. Si aūt īponit: suscipiē
da ē ꝓpt caritatꝭ necessitatē. hec ille. Hinc ē
q̄ etiā idē Thōas sic dic. Perfectio caritatꝭ
ē vt aliq̄s ꝓpt dei amorē ꝑtermittat dulcedi/
nē ꝯtēplatiue vite quā magis amaret: ⁊ acci/
piat actiue vite occupationes ad ꝓcurandū
proximoꝝ salutē. hec ille.

## Tercius decimꝰ liber cōtinet cōsolatō/ nū remedia opportuna cōtra illa tur/ batia que opponūtur bone ipiuꝰ cor/ poris dispositiōi. Et habet capi. xiiii.

i De ꝯsolatiōe sup carētia bonoꝝ corporꝭ.
ij De deformitate corporis.

iij ¶ De ocloꝝ defectu. iiij De ſurditate
v ¶ De defectu odoratus.
vi ¶ De defectu loquele.
vij ¶ De mēbroꝝ carētia vl' deformitate.
viij ¶ De ſenectute. ix De debilitate
x ¶ De īfirmitatibꝫ. (corporis.
xi ¶ De vite huius breuitate.
xij ¶ De tempeſtiua morte.
xiij De morte iā īminēte. xiiij De agonia

## ¶ De cōſolatiōe ſuper carētia bonorū corporis. ¶ Capl'm. I.

PRimo igit' o hō cur aīa tua triſtat' ⁊ ī malū ſuū: cur ei tāta ē de bonis corp'is cura? Neſcis q teſte ſalomone: q̄ delicate nutrit ſuū ſuū poſtea ſ'ciet eū ꝯtumacē. Certe aīa ē dn̄a: p'ſertī ſm partē ſup'iorē q̄ libera ē: ſm quā hō dn̄s eſt actuū ſuoꝝ. Eſtqꝫ aīa ſm illā ad imaginē dei facta: ſm deū regē celi formata tāqꝫ eiuſdē reg' filia Corp' vo tenet locū ſui: qꝛ ſm corporalē ſbſtātiā natura humana dicitur eē ſua vl' ancilla Nō triſtet' g' aīa de carētia bonoꝝ corporis ſui ſui. Nō eni debet velle ſuū ſuū p' bona ſua laſciuire: ⁊ ill' delicate nutritū ſibi nō obedir' ſꝫ ꝯtumacē ſentire: aut ſuū ſuū in bonis ſuis diuitē eē ⁊ ſeipſā ſpoliare bonis ſuis ⁊ perire

Quippe q̄ ap̄lꝰ dictū ſuū ſuū laſciuire cōti/
gerit in bonis ſuis: eo magꝭ ipſa dn̄a carebit
bonis ꝓprijs ꝟtutū: ſcꝫ veſtimētis q̄ ſolebāt
ipſā redimire. Oīs ei glīa eiꝰ ſcꝫ huiꝰ filie re
gis ab itꝰ in fimbrijs aureis circūamicta va
rietatibꝫ: ſcꝫ ī varijs habitibꝫ ꝟtutū: q̄ ſūt in
tus ī aīa ⁊ q̄tis circūſtātijs opationū ſibi ī ra
tione finis attributaꝝ: quēadmodū fines ve
ſtiū fimbrijs aureis adornāt. Quare g̃ triſtat
aīa ⁊ nō magis gaudet de bonoꝝ corporis di
minutiōe ꝓ ſuaꝝ ꝟtutū ꝓbabili augmētatiōe
vl' ſaltē ꝯſuatiōe? Nimiꝝ paruipēdēda ſunt
corpis bōa q̄ ſūt amiſſibilia. Uñ Boetiꝰ ſmo
nē ad mūdanos dirigēs dic̄. Eſtimate q̄ vulꝫ
nimiū corporis bona. dū ſciatꝫ h̃ q̄cūq̄ꝫ mi/
ramini: triduane febris igniclo poſſe diſſolui

## De deformitate corporis. Ca. ii.

Porro nec triſtari dēs de deformitate ſiue
ſit ī toto corpe ſiue ī aliq̄ eiꝰ parte. Qꝛ ꝓ
verā virtutū pulcritudinē poteris cōſolari.
Uñ ſen. Pōt ingeniū fortiſſimū ac btiſſimū
ſb q̄libet cute latere: pōt ex deformi humiliq̄ꝫ
corpuſclo formoſus aīmꝰ ac magnꝰ exire. Nō
deformitate corpis fedat aīmꝰ. ſꝫ plcritudīe
aīe ornat corpꝰ: hec ille. Nec ſolū nō fedatur
aīmꝰ deformitate corpis: ſꝫ etiā plcrificat mlt
cotiēs ac placabilioꝛ ⁊ ꝓcioſioꝛ efficit: qꝛ ſm

Seneca: ois res q̄ nō habuit dec⁹: virtute abdita ſumit. Et ſm Tulliū ſic ſanitas eſt pulchritudo corporis: ita eſt virtus aie. Et ideo q̄ ppter deformitatē hūiliat⁹ ſe puulū agnoſcit ſcdm q̄ndā gloſā: pulcher ⁊ ſpecioſus decore virtutū agnoſcit. Nec mirū ſi talis reddit̄ ꝑcioſior. Eſt enī humilitas ī hoīe que puulum reddit: īuenta q̄ſi vna p̄cioſa margarita: q̄ licʒ videat̄ parua: tn̄ vt magne virtutis ⁊ p̄cij eſt ꝑ celeſtib⁹ nūdinis cōparāda. Deniqʒ ſi humilis aliquis ob deformitatē corporalē ſolo vno gdu fit humilior: mlto meli⁹ eſt h̄ ei q̄ſi ſit maxia deformitas corpalis: cū ſolus ille gdus maxis gratijs gtis datis p̄ferat̄. Sʒ eſto q̄ te deformitas non reddat hūiliorē. ſaltē te reddat min⁹ ſupbū. et h̄ valde eſt magnū ſcʒ min⁹ eſſe ſupbū. Nēpe gdus ſbtract⁹ ſupbie. ſi ad huc duraret. pſertim vſqʒ ī finē tui trāſit⁹. tāto eidē gradui maior pena deretur q̄ ois deformitas repibil' ī hoc mūdo ſi tibi ineſſet tātū cruciare nō poſſet.

## De oculorū defectu. Ca.

Ceterū debes oculoꝝ defectū grauiter ferre: q2 defect⁹ oculorū corporaliū nō nūq̄ opat̄ cogitationes magis viuaces ⁊ ꝑ contēplationē de die ī diem ialtū creſcētes: ac ſe ſib⁹ alijs ꝑaccidēs mīme īpedictibus dire-

ctius ⁊ magis ꝯtinue in deū tēdētes. Un̄ te
ſtāte decretoꝝ libro: cecꝰ dicit̄ q̄ ſupne ꝯtēpla
tionis lucē ignorat: quā q̄dē ignorantiā ma//
gis p̄ſumēdū eſt īeſſe oclos hn̄ti. q̄ꝫ ei: ceterꝫ
partibꝫ: q̄ priuatiōe ocloꝝ cecus dicit̄ appella
tione vulgari. Queadmodū enī ſagittarius
claudit vnū oculū vt alio oculo dirigēte cer
tiꝰ mittat telū ad metā ſeu t̄minū: ita clauſo
ꝑ cecitatē oculo carnis: alius oculus ſcꝫ mētꝫ
cogitationū ſuaꝝ viſione certiꝰ attigit metā
ſeu terminū: ad deū finē vltimū. Nō eſt etiā
dolendū de ocloꝝ ꝑditiōe: q̄ꝛ deꝑdant̄ animā
celeſtiū ꝯtēplatiōe: ſcꝫ ꝓpt inferioꝝ reꝝ ꝯcu//
piſcibiliū icautā viſionē. Cōtra quaꝝ ītuitū
ꝯcupiſcentiā generantē dicit Gregꝰ. Non
licet ītueri q̄d nō licet ꝯcupiſci. Itē deꝑdant̄
aīam ſupnoꝝ amore ꝓpt̄ ꝯſequētē in rebꝫ in//
fimis delectationē. Un̄ Gregꝰ. Tāto quiſqꝫ a
ſupno amore diſiūgit̄: q̄to īferiꝰ delectatur.
Sꝫ ⁊ Seneca dic. cecitatē partē eſſe inocē//
tie. Numiꝝ cecitas facit nō videre: ac ꝑ ꝯſe//
quēs nō īuidere. ſꝫ magna pars eſt īnocentie
nō īuidere. Itē cecitas facit nō īpudice vide
re: ſꝫ ⁊ hoc addit̄ ad innocentiā: queadmodū
īpudica viſio ad vidētis culpā. In ſuꝑ auari//
tie ⁊ extollētie cecitas ocloꝝ ac mltis vitijs
alijs viā p̄cludit. Un̄ Seneca. Oclos ꝑdidi

q̄z multis cupiditatibꝫ via inciſa eſt. Oculi enī irritamēta ſūt vitiorꝫ: duces ſcelerꝫ.

## De ſurditate. ¶ Ca. iiii.

NEc de auditꝰ defectu turbari dēs: qꝛ īde h̄ bonū ꝯſeq̄ris ꝙ vana nō audis. Un̄ ſacta Sicletice. Surdi fcti ſumꝰ: nūc cognouimꝰ ꝙ auditū vanū amiſimꝰ. Itē meliꝰ audire poteris auditu hoīs īterioris ꝛ aure cordis occulta ꝛ ſecreta v̄ba diuīe īſpiratiōis: ꝛ q̄ſi ſuſurro dei hoīez īteriꝰ ſecretiꝰ alloq̄ntꝫ ꝑcipiēda modis occl'tꝫ. Un̄ pſalmiſta. Audiā q̄d loquat̄ ī me dn̄s deꝰ. q̄ſi diceret. Tāq̄z ſurdꝰ n̄ audiēs q̄d ſonat vl' dicat̄ ex me foriſecꝰ. audiā q̄d loq̄t̄ ī me dn̄s deꝰ. qꝛ a ſtrepitu mūdi q̄ foris inq̄etat ſū auerſus. Un̄ ꝛ ſaluator dix̄ Surdi audiūt: q̄d moralit̄ ſic ītellige. Surdi ꝑ ꝓuatione auditꝰ exterioris audiunt auditu hoīs īteriorꝫ. Hic ē ꝙ pſonis religioſis: q̄ ad v̄ba diuīe īſpiratiōis auditu mentꝫ ſeu aure cordis pfecte ꝑcipiēda aptiores eē debēt: certis locꝫ ꝛ t̄pibꝫ ſilētiū vt auditꝰ exterior vacet ſerioſiꝰ ipat̄. Deniq̄z o hō tu q̄ foris ſurditatē paterꝫ. te ad bonū multiplex diſpōnetē īterne auditiōis: nouerꝫ ꝑter p̄miſſa bonū aliō ſingulare expſſū eſſe ī cāticis. vbi dic̄ ſpōſa dei formis. Aīa mea liq̄facta ē vt dilectꝰ locutꝰ eſt: q̄ſi dicat cū pſalmiſta. Factū ē cor meū tāq̄z

cera liq̄ſcēs: i. q̄n dilectꝰ aīe ipſā aīaʒ alloq̄t ī
t'na iſpiratiōe. De q̄ eiꝰ alloq̄o dic̄ pſal. Igni
tū eloquiū tuū vehemēt'. Ignita aūt cerā re//
ſoluūt ⁊ liq̄ſcere faciūt. Ignito aūt eloq̄o ſeu
alloq̄o int'ne iſpiratiōis atracta aīa velut ab
igne cera ī ſui dilecti dl'cedinē ꝯtinue reſol//
uit' ⁊ liq̄ſcit

## De defectu odoratꝰ. Ca. v.

RUrſū de odorādi defectu n̄ triſteriſ. ſʒ par
uipēdas p̄ceptionē odoꝝ reꝝ corpaliū n̄
ſēp tibi p̄n̄tiū nec haberi poſſibiliū ad ipſaꝝ
odores ſētiēdū. Expedit q̄dē magiſ vt ꝯtēdas
ſatiari ⁊ delectari in odoribꝫ virtutū ac in odo
ribꝫ īde p̄uenientiū in corporibꝫ ſctōꝝ. Nā p̄
quāto magis odores corpoꝝ naturales parui
pēdis: tāto magis ad ſpūales ⁊ ſupnaturales
odores p̄cipiēdos p̄ficies ⁊ aſcēdis. Loq̄ciās
ḡ de odoribꝫ v'tutū q̄ꝫ ſint p̄fecti: ex q̄ꝝ q̄ſi re
dūdātia ſeu correſpōdētia ꝯtingit mlt'iplici
ſcp̄toꝝ teſtiōnio miros odores corpales ī ſcō
rū reliq̄is ſenſibilit' expiri. Profecto ſi h' ita
ſe hʒ ī corpōribꝫ nōdū glificatis necdū reaſu
ris: q̄ꝫto magis ī glorificatis aīabꝫ ſctiſſimis
cū virtutū ſuaꝝ p̄cipuis odoribꝫ intime ſibi
vnitis: ipſis virtutū ſpūalibꝫ odoribꝫ in cor
pora glioſa p̄ redūdāciā corporalit' deſcēdē//
tibꝫ. Et ſi hoc erit in alijs ſanctis: q̄ꝫto magiſ
in virgine glorioſa: quātoq̄ꝫ incōparabilius

in ipſo xpo. Tu ergo hō q̄ ſperas tandē ineffabilit
recreari ppetuis odoribꝫ talibꝫ ⁊ tātis: nōne
dignū putas paruipēdendos eſſe odores hu⁹
mūdi: ac pinde nō curādū ſi defectū habeas in
actu vel inſtrumento odorādi? Tanto nāqꝫ p//
fecti⁹ ⁊ delectabili⁹ dictā imenſā ſuauitatē
celeſtiū odoꝝ pcipies: quāto i p̄nti magis ad
hꝰ p modū meriti te diſponis ɔtēnendo ſcꝫ p̄n
tiū odoꝝ naturaliū recreationes: ac p ɔſe//
quēs minime curādo defectū ſenſus vel or//
gani quo ipſos ſentire poſſes.

## De defectu loquele. Ca. vi.

Nec ob loquele defectū ſeu carentiā ptur
beris. q: alia quedā interioris hoīs eſt
ſecreta loq̄la m̄lto itimior: dulcior ⁊ ſuauior
q̄ hō ſm Hieronymū: ſi hoīm copia defuerit
loq̄tur cū deo. Qua etiā loq̄la loq̄tur hō cū
virgine glīoſa: cū angelis ⁊ pprio ſuo āgelo:
Qua deniqꝫ loq̄la loq̄tur hō cū q̄libet ſctō: ⁊
cū oībꝫ de numero btoꝝ: ac cū caris ſuis vel
parētibꝫ: q̄s ſperat eſſe in ſocietate ciuiū ſup
noꝝ. Nec mirū q: ſm interiorē hoīem quantū
cūqꝫ balbutiēs ſiue mutus loq̄ poterit: cum ⁊
ſm illū cantare ei poſſibile ſit. Paulo hꝰ in//
nuēte ⁊ dicēte. Cātātes ⁊ pſallētes i cordibꝫ
vr̄is dn̄o. Sane quāta coꝝ ſit m̄ltitudo q̄bus
etiā mut⁹ loq̄ poterit: quātēqꝫ ſint dignitatis

patet ex p̄missis. Que cura igit̃ erit ei si pau//
cis respectiue ꝛ multo indigniorib⁹ tāꝗ ꝯmi
culis hui⁹ mūdi hoib⁹ loq nō pōt? Sed nec
trāseūdū ꝙ sicut dic Greg⁹. Tāto vnusq̇sq̄
a supno amore disiūgit: q̄to īferi⁹ delectatur
Ita pfecto tāto vnusq̇sq̄ ab īterno cū sanctꝭ
colloq̇o īpeditur: quāto īferi⁹ trenis creatu//
ris colloq̄ndo delectat̃. Et rursus ecōtra. Tā
to q̇sq̄ mut⁹ ceterꝭ parib⁹ magꝭ in supno cū
ceris suis colloq̇o delectat̃: quāto īferi⁹ exte//
riori colloq̇o puat̃. Cesset ḡ ei⁹ q̄rela de loq̇le
carētia: ꝛ dicat verbū ꝯsimile de colloq̇o cū
amicis vl' q̇buscūq̄ hoib⁹ trenis: quale verbū
magdalena teste Origene dixit de colloquio
cū angelis. Nolo inq̄t angelos videre: nolo
cum angelis manere si ceperint michi multa
narrare: ꝛ si voluero eis ad oīa r̄ndere: timeo
ne amorē meū magis īpediāt ꝙ expediāt.

## ¶ De membrorum carentia vel deformitate. ¶ Capl'm. vii.

In supnec de p̄dictoꝝ nec quoꝝcūq̄ mē
broꝝ carētia vl' defectu turbari debes:
q꞉ forte eoꝝ occasione ad aliq̄ illicita ppetrā
da tēptareris: a quib⁹ tēptationib⁹ ad modū
plurimū supportarꝭ: q̄s q̇dē tēptatiōes si ha
beres: nescis an vnq̄ eas vincere posses: sed

verisimiliꝰ in toto vl' in parte succūberes. Et
si de mēbroꝝ carētia vl' defectu turbaris: seq̄t
ꝙ de tua vtilitate turbarꝭ. de q̄ potiꝰ gaudere
deberes. Vn̄ Hier. Si q̄s fortitudinē latro/
nis vl' pirate eneruat: ꝛ eos īfirmos reddit.
ꝓfecit ill' sua īfirmitas. Debilitata eni mēbra
q̄bꝫ nō bn̄ vtebāt: a malo ope cessabūt. Huic
aūt sentēcie satis ꝯcordat illud ꝯsiliū salua/
toris. Si manꝰ tua vl' pes tuꝰ scādalizat te:
abscīde eū ꝛ ꝓijce abs te. scꝫ saltē corde. Me
liꝰ est tibi ad vitā īgredi debilē vel claudū: q̄
duas manꝰ vl' duos pedes habētē mitti ī ignē
eternū. Deniqꝫ mēbroꝝ carētia vl' defectus
aut totiꝰ corpis seu alicuiꝰ partꝭ eiꝰ deformi
tas eo valet tibi: q̄ minꝰ ꝓcedis in publicū:
magisqꝫ domi manēs: custodis cubiculū tuū
paratior seq̄ redēptoris nr̄i ꝯsiliū q̄ monerꝭ
vt cū oraueris intra in cubiculū tuū ꝛ clauso
ostio ores patrē tuū. Deīde sup oīa valet hoc
ꝙ defectꝰ vl' deformitas: siue sit ī toto corpe
siue in aliq̄ eiꝰ parte: hūiliat hoīem de facili.
Supbiaqꝫ sociā pulcritudīs nō sinit ī eo re
gnare: q̄ radix est oīs mali: q̄ quidē si inuale/
sceret: radicē oīm virtutū scꝫ humilitatē ex/
tirparet: qua sola acquisita vl' retenta nil est
de quo conqueri homo haberet.

## De senectute. Capl'm. viii.

p
PReterea de ſenectute nõ triſterꝫ q̃ i ſe iocũdiſſima ẽ. Vñ Señ. Jocũdiſſima etas ẽ ſenect⁹: iã nõ tã ꝑcepa qꝫ dulce ẽ cupiditates fatigaſſe ac reliq̃ſſe. Et iterꝫ. Mag^m expecta gaudiũ cũ puerilẽ animũ depoſueris ꝛ te i virꝫ philozophie trãſtuleris. hec Señ. Deniqꝫ meli⁹ eſt eſſe iuuenẽ ꝛ recentẽ ſm hominẽ interiorẽ ac ſenilẽ ꝛ deficientẽ ſm exteriorẽ: qꝫ ecõuerſo eſſe iuuenẽ ac recentẽ ſm hoiẽ exteriorẽ ac eſſe veterẽ ꝛ deficientẽ ſm interiorẽ. Sꝫ ecce ſm aplm: licet is q̃ foris ẽ nr̃ hõ corrũpat: tñ is q̃ int⁹ eſt renouat de die in diẽ. Et pfecto multo meli⁹ eſt int⁹ ſiue ſm ĩteriorẽ hoiẽ que de⁹ pricipalit ihabitat: mũdũ eſſe ꝛ pulcrũ cũ aliq̃ imũdicia vl' deformitate exterioris hoĩs: qꝫ ecõuerſo mundũ eſſe vl' pulcrũ ſm exteriorẽ cũ immũdicia vel deformitate hoĩs interioris. Nimirꝫ quo tu ſeniores: eo magis diſponeris vt deponas ſm priſtinã ↄuerſationẽ veterẽ hominẽ qui corrũpitur ſcd̃m deſideria carnis: ꝛ renoueris ſpũ mẽtis induẽs nouũ hominẽ: eo qꝫ magis appropinquas ad digniſſimã interioris hominis iuuẽtutẽ: ꝛ nõ ſolũ ſpũ mẽtis ſed etiã treno corpore renouaris. Vñ in q̃dã ſmone de pẽtecoſte olim p ꝓphetã dictũ erat. Emitte ſpm̃ tuũ ꝛ creabuntur ꝛ renouab facieẽ terre.

Uere nūc noua eſt nr̄i corporis terra dū ſpūa-
lis in nob fructificat in mūdo doctrīa hec ibi.
Sed ecce terra hui⁹ mūdi dū p ſingulos ānos
pfert nouos flores: frōdes ⁊ fruct⁹: videtur
ī nouata: q̄re ⁊ terra nr̄i corporis dū ex ſpūali
doctrina corporalis ī ea reſultat bonoꝝ ope
rū fruct⁹: videt eſſe noua. Quippe p h̄ reno-
uatio mētꝫ videt ī nouitatē corpis redūdaſſe

## De debilitate corporis. Ca. ix.

Ceterꝫ nec triſtari dēs de corpis debilita
te ⁊ fortitudīs carētia: q2 eſt p vtilitate
tua. Vn̄ Ber. Sepe ī robuſto ⁊ vegetato cor
pore aīm⁹ mollior iacet atq3 tepidior. Et rur-
ſū In corpe debili ⁊ ifirmo fortior viget prō-
ptiorq3 ſps. Qd vtiq3 exptū ī ſe apl's ꝯteſtās
Cū ifirmor ī q̄t tūc fortior ſū ⁊ potēs. Vn̄ et
Hier. fortitudo corpis ībecillitas mētꝫ ē. Et
rurſū ībecillitas corpis ē fortitudo aīe. hec il
le. Gaude ḡ poti⁹ de corpis ībecillitate. Qua
eī ratiōe gaudere habes de aīe ſeu aīmi fortitu
dine ſiue ſpūs prōptitudie: eadē ratōe nō ſo
lū nō dēs triſtari de carētia fortitudīs corpal'
ſz magꝫ gaudere debes de corpis ībecillitate.

## De infirmitatibus. Ca. x.

Similiter de ifirmitate corpis quā tibi
de⁹ imittit nō triſteris: ſz eā habeas tā-

q̄z bn̄ficiū ⁊ grām viſitationis: ⁊ gaudeas de ſigno ſalutꝫ: ſperās h̄ tibi fieri ad dandā ſciē tiā ſalutꝫ tue ī remiſſionē pctōꝝ tuoꝝ: pꝰ viſce ra miſericordie ſue ī q̄bꝫ viſitauit te oriēs ex alto. Un̄ ī patrū libro de q̄dā legit̄: q cū fre‑ quēter īfirmaret̄ ī corpore: ꝯtigit vt vno ān̄o nulla eū egritudo ꝯtigeret: ⁊ ꝓpterea flebat et ḡuit̄ ferebat dicēs Reliq̄ſti me dn̄e ⁊ noluiſti me h̄ ān̄o viſitare. Et ideo vt q̄dā alius ſenex dixit. Si te occupauerit īfirmitas corporis noli puſillanimis fieri: ſꝫ patient̄ fer: ⁊ roga deū vt donet tibi q̄ expediūt. h̄ ē: q volūtas ſua fiat. Sūma eni religio ē vt ī īfirmitate q̄s a‑ gat grās deo. Multū etiā te debet ꝯſolari pre ſens egritudo: q꞉ ſi ei⁹ penā volūtarie ſuſtines in h̄ mūdo: hec te liberare poſſet a maximis penis ⁊ diu ſuſtinēdis in purgatorio.

¶ De vite hui⁹ breuitate. ¶ Ca. xi.

RUrſū nō turberis de vite breuitate: ſꝫ magꝭ ſtudeas prudēter agere: ⁊ poti⁹ bo nos act⁹ q̄z dies mľtiplicare. Un̄ ⁊ Seneca Unus dies hoīm eruditoꝝ plus valet q̄z ī‑ periti lōgiſſima etas. Et iteꝝ. Sapiēs ſemꝑ cogitat q̄lis n̄ q̄nta ſit vita. Nō eī viuere bo nū ē ſꝫ bn̄ viuere. Et iteꝝ. Q̄z bn̄ viuas r̄fert nō q̄z diu: actiuitā metiam⁹ nō tpe. hec Sen̄. Sed ſi de breui vita gaudere nō potes: ſis vľ

īdifferēs cū Aug⁹. q̄ ſol⁹ cū deo colloq̄ns dic̄
De ſalute corꝑis mei q̄ꝫdiu q̄d michi ſit vti/
le neſcio: tibi dn̄e h̄ ꝯmitto. Qui etiā de ma/
le accedētib⁹ lōge vite ſic dic̄. Uita hec ē du
bia: vita ceca: vita erūnoſa: quā hūores tumi
dāt: dolores extenuāt. ardores exiccant. aera
morbidāt: eſce īflāt. ieiunia macerāt: ioci ſol/
uūt. triſticie ꝯſumūt: ſollicitudo coartat. ſecu
ritas hebetat. diuitie iactāt. paupertas deijcit.
iuuēt⁹ extollit. ſenect⁹ īcuruat. īfirtas frāgit
meror deꝑmit. ⁊ p⁹ hec oīa mors īterimit ⁊ vni/
uerſis gaudijs finē īponit. ita vt cū eē deſierint
nō fuiſſe putētur. hec Aug⁹.

## ¶ De tēpeſtiua morte. ¶ Ca. xii.

D Enique de morte tēpeſtiua ſi bn̄ ītellige/
res: pl⁹ gaudere q̄ꝫ turbari deberes. Un̄
Uicēti⁹. Quidā ad ſctm̄ ludouicū frācoꝝ re
gē ſic ſcrib^t. Mors iudex ē cui⁹ iudicio ſbijci
unt ⁊ oēs reges ⁊ īꝑatores. Judex iſte trinā
citationē ſcdm iuris formā ſolet facere. Pria
ē egritudo. ſcda ē corꝑis defectio: tcia ꝟo pē/
ptoria ē: quē nō ꝑ nūciū facit ſꝫ ipſamet vocit.
Nūq̄ꝫ tn̄ ꝑ trib⁹ vnā facit: qn̄ ſcꝫ iudex ſum⁹.
ſb q̄ mors ē iudex delegat⁹ ex aliq̄ cauſa vult fe
ſtinare. Nā electos ſuos q̄nq̄ꝫ citi⁹ euocat ne
cadāt: malos etiā ne pctis pctā ſupaddāt. hec
ille. ¶ De morte iā iminente. ¶ Ca. xiij.

DEinde de morte īminēte nō triſteris ſʒ
potiꝰ gaude : q꞉ mors miſeriaꝝ finis eſt
ꝛ obliuio. Vñ Sen̄. Mors maloꝝ oīʒ reme
diū eſt. Et ideo idē Sen̄. dic̄. ꝙ rudis eſt ty
rānus q̄ morte penā exigit: q꞉ ipſū a pena li
berat quē punire ſe credit. Et ꝑpt h̄ etiā de
mortuis dixit Johēs in apocalypſi. Amodo
iā dic̄ ſp̄s vt reqeſcāt a laboꝛib᷒ ſuis. Mors
ē etiā eťne ac iocūde vite īgreſſus ꝛ ichoatio
Et ideo trāſitus ſctōꝝ natale coꝝ ab eccle
ſia appellat. Vñ Cyp̄ anꝰ. Qui nūc moꝛimur
ad īmoꝛtalitatē moꝛte trāſgredimur: nec pōt
eťna vita ſuccedere: niſi ꝯtigerit hīc exire. hec
ille. Nos ḡ gliemur de moꝛte : q̄ ꝓficiſcimur
ad dn̄ʒ deū nr̄m: dn̄m vniuerſoꝝ: ꝛ ad glioſā
eius genitricē reginā celoꝝ: ꝛ generaliter ad
ſocietatē ciuiū ſupnoꝝ.

## De agonia. Capl'm. xiiii.

DEniqʒ ſi ī agone nō ꝯſoleris ꝑpt demonū
tēptatiōes ꝛ īpugnatiōes: īuoca ꝟginē ſctām
katherinā. De q̄ canit eccl'ia. Imminēte paſ
ſiōe ꝟgo hec īterſerit: aſſeq̄t ieſu bone qḋ a te
petierit ſuo q̄ſqʒ ī agōe mēoꝛ mei fuerit. Et ec
ce ad ipſā facta ē vox celitꝰ eā aſſerēs eē exau
ditā. Hāc igiť ī agone tuo īuoca. Sʒ ſupˀ oīa
reginā ꝟginē īuoca. de q̄ ſic ait Ber. Ille ſolꝰ
o ꝟgo btā tuas laudes ſileat : q̄ fideliť īuocatā

ſenſit; vnqꝫ in ſuis neceſſitatibꝰ ſibi defuiſſe
Experte. Si criminũ imanitate turbarꝫ. ſi cõ
ſciẽtie feditate ꝯfuſus: ſi iudicij terrore ꝑterrit⁹
ſi baratro deſperatiõis abſorpt⁹: mariã cogita
mariã inuoca: nõ recedat a corde: nõ recedat
ab ore: nã ipſã cogitãs nõ erras: ipſam rogãs
nõ deſperas. Hec Bernardus.

## Quartuſdecim⁹ liber cõtinet cõſolationũ remedia contra turbatiua que opponũtur bone ipſi⁹ aĩe diſpoſitiõi ſeu cõditioni. Et habet capl'a. v.

i De ꝯſolatiõe ſup actuali ꝟtutũ caretia.
ij De difficili acq̃ſitiõe virtutũ aĩe.
iij De ſtimul' carnis ꝛ ĩclinatiõe ꝛ ꝑuitate in malũ.
iiij De iracũdia.
v De triſticia ſup erronea ꝯſciẽtia.

## De cõſolatione ſuper actuali virtutum carentia. Capl'm. I.

PRimo igit' ꝯſidera ꝟtutis ꝓpria: et cognoſces nõ lõge diſtare a te ꝯſolationẽ tibi neceſſariã ſup virtutũ carentia. Nimirũ ſicut preſto eſſet ꝯſolatio ſup auri caretia: ad qd' habẽdũ via homini pates eſſet: ꝛ ad qd' ipſũ aurũ q̃ſi exiſtẽs ſui ipſi⁹ nũti⁹ hoiem liberalit' inuitaret:

ſta pfecto homini credēti ſe carere ꝟtutib⁹ ꝑſto ſeu ppinqua eſt ꝯſolatio ſi attendat ei⁹ ppa his ſimilia q̄ de auro ſūt ſuppoſita De q̄b⁹ dicit Sen̄. Nulli pcluſa eſt virtus: omib⁹ patet. oēs īuitat: oēs admittit. n̄ eligit domū nō cenſū: nudo hoīe ꝯtēta eſt. hec Sen̄. Tu etiā hō q̄ ꝯq̄ris virtutib⁹ te carere: vide q͛ bn̄ ꝯſideres. Aut eni amas ꝟtutes: aut nō amas Si q̄dē nō amas: ad q̄d tūc de eaꝝ carētia cō triſtaris. Si vero ꝟtutes amas. vl' amas q̄ in te ſūt vl' in alijs. Si amas illas q̄ i te exiſtūt quō credis te ꝟtutes nō hr̄e. Si amas ꝟtu-tes q̄ in alijs ſūt: iā ꝯuīcens te virtutes hr̄e. Vn̄ Sen̄. Scias cū multis virtutib⁹ abū-dare qui alienas amat.

## De difficili acquiſitiōe virtutū aīe. ii

P Oro libēs poſſes icōmodū difficultatꝫ acq̄rēdi virtutes tolerare: p maximo cō modo ꝯſequēte in virtutū acq̄ſitione ꝛ ꝯſū-matiōe. Ecce eni adeptis virtutib⁹: ſcias q͛ p eas ꝯſeq̄ris aīe ornamētū ꝛ nitorē: q: vt di cit in decretis: virtutes ſūt q̄ſi picture ad aīe ornamētū: q: illa aīa a deo depingit q̄ habet virtutū grām renitētē. Itē p virtutes ꝯſeq̄-ris aīe a vitijs vulnerate medicamentū. Vn̄ Greg⁹. Quid ē ꝟtus niſi medicamētū: ꝛ q̄d vitiū niſi uuln⁹? Itē ꝯſeq̄ris a piculis mu-

nimentū. Un̄ dn̄s volēs poſt paſſionē diſci//
pulos exponere ꝑiculis dicebat eis. Sede
te in ciuitate quouſqꝫ īduamini virtute ex al
to. Itē ꝯſequeris gratiā hoīm. Un̄ Seneca
Adeo gr̄oſa eſt virtꝰ vt inſitū ſit malis ꝓba//
re meliora. Itē equanimitatē ꝯſequeris. Un̄
Auguſtinꝰ. Uirtꝰ ē eq̄litas q̄dā vite vndiqꝫ
ꝯſonās rationi. Sꝫ hec p̄dicatio eſt cauſalis
Nā eq̄litatē huiuſmodi virtꝰ cauſat. Nēpe
ſcd̄m Senecā. animū reddit aſꝑis blādiſqꝫ
inuictū: neutri ſe fortune ſbmittētē: quē nul
la vis frāgat: quē nō attollāt fortuita: nec de
primāt. Itē ꝯſequeris honorē ꝛ honeſtatem
Honeſtus enī vt dicit Iſidorus. dicitꝰ aliq̄s
eo ꝙ nō aliq̄d habet turpitudinis. Et ſubdit
Nā q̄d eſt honeſtas: niſi honor ꝑpetuus ꝛ q̄ſi
honoris ſtatꝰ? Itē ꝯſequeris generoſitatem
Un̄ Seneca. Quis ē generoſus ad virtutē
a natura ꝯpoſitꝰ? Itē ꝯſequeris optimā ſo//
cietatē. Un̄ Sen̄. Oīm ſocietatū nulla p̄ſtā//
tior: nulla firmior eſt: q̄ꝫ cū boni viri moribꝫ
ſimiles: familiaritate ſūt ꝯiūcti. Itē ꝯſeq̄ris
regalē ptātē ꝛ bonā mētis īſtitutionē. Sicut
enī regnū bene inſtitutū eſt ſi recte in eo ꝯſu
latur ꝛ recte īperetur ꝛ recte obediatur: ſic mēs
bn̄ inſtituta eſt cū ratio recte ꝯſulit voluntas
recte īpat ꝛ vires ſbiecte volūtati recte obe//

dicit. Hāc aūt bonā īſtitutionē virt⁹ in mente facit. Ipſa enī rōnē illūinat ꝛ volūtatē de ſui tute vitioꝝ ad ipiū ſblimat. Vn̄ Sen̄. Vis honorē hr̄e: magnū ipiū dabo tibi Impa tibi

## De ſtimulis carnis et inclinatione et pronitate in malū. Caplm̄. iij.

Ceterū de ſtimulis carnis ꝛ vitioꝝ inclinatiōe ad peccādū ꝛ ꝓnitate ī malū nō deſperes. Facile enī iſti defect⁹ ſunt remediabiles taꝫ nature nō ingeniti nec infixi. Vn̄ Sen̄. Nulla naturalia corꝑis ꝛ animi vitia ponūt: q̄cq̄d infixū ꝛ igenitū ē leuit̄ n̄ vincit̄. becille. Quaſi dicat: Arte ꝑn̄t leuit̄ vitia vinci. ſcꝫ arte bone ꝯſuetudīs. Nā ꝑ regl'a iuris eſt. q̄ oīs res ꝑ q̄ſcūqꝫ cauſas naſcit̄ ꝑ eaſdem diſſoluit̄. Sꝫ ꝯſuetudīe vitiū naſcit̄: et ꝙ nō mirꝫ ſi etiā ꝯſuetudīe ſcꝫ ꝯtraria vitiū diſſoluat̄ ſeu vincat̄ ꝯſuetudine ſcꝫ recte operādi q̄ ꝟt⁹ acq̄rit̄. Que vt dicit Aug⁹. ars eſt recte viuēdi: qua q̄dē arte habita ſimul' habet̄ ars ꝯtra reliquias vitioꝝ ſi que ſūt ſeu cōtra ſtimulū carnis ꝛ ꝓnitates in malū facile triūphādi. Hic nāqꝫ Socrates virtutē laudans dixit ipſā eſſe que res īpoſſibiles ad poſſibilē redigeret facilitatē. Sic ꝙ vt tactū eſt: vitia ꝛ ꝓnitas ī malū arte quadā leuit̄ ſuperātur. Sed eſto ꝙ nō leuiter id fieret: ꝑfecto

hoc ipſū plurimū ꝯfert. Tūc enī exercitium circa materiā virtutis q̄ eſſe dinoſcit̄ circa bonū ⁊ difficile: coronā digne pre aliꝗs merer̄. Quippe ꝓnitas nature corrupte ad act⁹ libidinoſos ſi victa fuerit coronat virgines. Et pari pacto vniuerſalit̄ ꝓnitas in malū ſi vincat̄ vel portionē aliquā addit ad coronā quā in celis expectam⁹. ſ3 nec coronat̄ niſi q̄ legitime certauerit. Deniq3 ſimil'i vitioꝝ ⁊ ꝓnitas in malū ſūt materia ex q̄ poteris tibi ſcalā facere ꝑ quā poſt xp̄m aīe tue dilectū ad celeſtē paradiſū ad locū illū voluptatis ⁊ ineffabiliū gaudioꝝ valeas aſcēdere. Fac ē̄ tibi ſcalā ꝑ quā illo aſcēdere valeas ex illa lignoꝝ materia quoꝝ ī horto ꝯſciētie tue plurima forſitā ſuccreuiſſe īuenies. Audi Aug. hāc materiā mirabilē tibi īdicātē: videlic3 vitia tua ⁊ paſſiones e q̄b3 arte q̄dā ſcalā tibi optimā fabricabis. Nēpe de xp̄i loq̄ns aſcēſione ait. Poſt illū ē̄ quō poſſum⁹ aſcēdam⁹. ⁊ corpore ſeq̄mur illū affectu q3 parit̄. Aſcēdem⁹ aūt ſi vn⁹ q̄ſq3 nr̄m vitia ⁊ paſſiones ſbdere ſibi ſtudeat ac ſup ea ſtare aſſueſcat: ⁊ ex ipſis ſibi gradū ꝯſtruat: q̄ poſſit ad ſupiora ꝯſcēdere: eleuabūt nos ſi fuerīt īfra nos. De vitiꝗs nr̄is ſcalā nob facim⁹ ſi vitia calcam⁹. Hec Aug⁹.

## De iracundia. Capl'm. iiii.

NUrſū noli cõqueri de iracūdia tua ſeu
paſſiõe ire: q̄ tibi ſatis eſt ꝑficua ratione
habende victorie. Nēpe ſi paul⁹ ſtimulū ſibi
datū nõ ſenſiſſet: nõ tā gl'ioſam victoriā q̄ nõ
mediocrē gaudij portionē ad coronā ipſi⁹ ad
didi habuiſſet. Sic etiā ſi iracūdia ſeu ira q̄
tibi materia ē ſpūalis exercitij careres: nec
victoriā coronādā obtineres. Un̄ ābro. Pre
clar̄ eſt motū tꝑare ꝯſilio: nec minoris ꝟtu-
tis dicit̃ cohibere iracūdiā: īdignationē cō-
peſcere: q̄ꝫ oīno nõ iraſci: cū plerūq; illō leui
us: iſtud forti⁹ eſtimet̃. Un̄ ꝛ Caſſiodo. Me-
lior eſt q̄ vicit irā: q̄ꝫ q̄ capit ciuitatē. Deniq;
ſcias paſſionē ire etiā in plib⁹ caſib⁹ eſſe ne-
ceſſariā: ꝑſertim ſi a ꝯueniēte ratione īperet̃
Un̄ Chryſo. Si ira non fuerit: nec doctrina
ꝑficit: nec iudicia ſtāt: nec crimia ꝯpeſcūtur.
Itaq; q̄ cū cauſa nõ iraſcit̃ peccat. Patiētia
eni irratiõabilis vitia ſemiat: negligētia nu-
trit: ꝛ nõ ſolū malos ſʒ etiā bonos ad malū i-
uitat. Qui cū cauſa iraſcit̃ nõ fratri iraſcit̃ ſʒ
vitio. hec Chryſo. Scias etiā q̄ ſic dicit tho-
mas ꝯnēſis: de ꝑfectionē aliquaꝝ ꝟtutū eſt
ira ſic fortitudis: vt dicit̃ ī ethicis. Qui etiā
dicit: q̄ ira q̄nq; dicit̃ volūtas vīdicādi aliq̄d
maleficiū: ꝛ ſic ira nõ ē paſſio ꝓprie loquēdo:
nec eſt ī iraſcibili ſʒ ī volūtate: ꝛ ſic ira eſt in

deo ꝛ in btis: ꝛ fuit in xp̄o. Aliomodo dicitur ꝓprie ira paſſio q̄dā vis iraſcibilis: q̄ ↄtigit ex h̄ ꝙ appetit⁹ ſenſibilis tēdit ad defenſionē alicui⁹ q̄d apprehēdit̄ ↄtrariū volito ꝛ deſi-derato: ꝛ ſi q̄dē ſit ex ordine ratiōis inſurgēs vel ordinata ratione: ſic dicit̄ ira ꝑ zelū: ꝛ ſic fuit ī xp̄o. hec Thōas. Qui rurſū dicit. ꝙ ira ſm̄ ꝙ eſt paſſio: nō opponit̄ mãſuetudini ſed eſt materia ei⁹ circa quā: q2 etiā mitis iraſcit̄ q̄n oportet. Sed ꝛ philoſoph⁹ in ethicis di-cit: ꝙ nō iraſci in q̄bꝫ oportet inſipiētis eſt.

## De triſticia ſuper erronea cōſcia. c. v

Preterea circa paſſionē ↄſciētie ſcias du-pliciter ↄſcientiā eſſe erroneā. Primo quia nimis lata: ſecundo quia nimis arta. Utroqꝫ enim medio amodo virtutis deuiatur ꝛ in via morū errat̄. Primo mō habēt erro-neā ↄſcientiā hoīes mūdani ꝛ peccatores: q̄ viā moꝝ faciūt ſibi latā q̄ ducit ad ꝑditionē. Et hi ſimiles ſūt cuidā ſemi q̄ trāſire volens lignū trāſuerſalit̄ ſup̱ ripā poſitū: fecit ipſū berillo mediāte lati⁹ q̄ꝫ eſſet apparere: q̄qꝫ pe-dē ſuū ad partē illā poſuit qua arte ſua appo-ſuit: ꝛ ſic in aquā cecidit. Scd̄o modo ↄſciē-tiā habēt erroneā illi frequēter q̄ de nouo ad deū ſūt ↄuerſi ſpūales viri: vel quicunqꝫ ho-mines deuoti ꝛ cū hoc timorati: qui ſimiles

ſūt ſilis q̄ ꝑ pontē ſatis latū habent ire: quē
tamē magis aliq̄s ſtrictū eis ad ſimilitudinē
fili vel calami facit apparere: q̄lis mag⁹ eſt
diabol⁹ q̄ hoc moralit̄ ſolet facere. Hi aūt q̄
timorati ſūt: verētur ſicut Job oīa opera ſua
ſiue interiora ſiue exteriora. De ↄſcientia
ḡ pmo modo erronea: eo ꝙ eſt nimis lata: que
quidē ↄtritione: ↄfeſſione et ſatiſfatione cu-
ratur: hoc in loco nō tractabit̄: ſꝫ tm̄modo de
ſecūda: q̄ eſt nimis arta: que ſi forſitan te per
turbat: ad ↄſolationes ſequentes recurras.
Deniqꝫ circa erroneā ⁊ nimis artā ↄſcientiā
pro vno remedio eſt ſciēdū: ꝙ in dubijs vita
bonoꝝ viroꝝ debet alijs eſſe viuēdi regula
⁊ exēplū. Eſt igitur reſpiciēdū ad facta bono
rū viroꝝ ⁊ diſcretoꝝ: ⁊ ſi plures tales vl' vt
in pluribꝰ caſu tali eis occurrente ſic vel ſic
ſe habere inuenires: ac eſtimatione tua iudi
cares: tūc ⁊ tu ſimiliter agere nō formides.
Sed dices forte in contrariū: ꝙ tales viri
⁊ ſi bonā habeant cōſcientiā: nō tamē ſcien-
tiā circa illam materiā: vel ecōuerſo habētes
ſcientiam non habent conſcientiā: vel ſi ha-
berent vtrūqꝫ forte ſic nō facerent. Ad hoc
tibi reſpondeo: ꝙ quando non eſt oīno certū:
probabile tamē eſt ⁊ modicum dubiū: quādo
ſimul ſcientiam habent ⁊ bonā conſcientiam

⁊ q̄n ita ſe haberēt ſi caſus tales eis ocurre
rēt: tūc ꝑ excuſatiōe tua noueris eſſe ſatꝫ ſi ſi
mil'r feceris. Attēde etiā qḋ q̄dē canō dicit:
nō ſolū in iurādo ſꝫ in oī qḋ agitur hec ē mode
ratio ſollicitiꝰ obſuāda. Si i talē forte lapſū
verſuti hoſtis iciderimꝰ inſidijs: ex quo ſine
pctī ↄtagio ſurgere nō poſſumꝰ: illū potiꝰ cul
pādi aditū petamꝰ q̄ minꝰ pıculi nos ꝑpeſſuros
eſſe cernimꝰ. Vn̄ ⁊ Gregꝰ. Ad deſtruendas
behemoth ꝟſutias: ſbtiliter fiat vt cū mens
iter miora ⁊ maxia pctā ↄſtringit': ſi oino nul
lus ſine pctō additꝰ patet: miora ſēp eligant'
q: ⁊ q̄ murorꝫ ābitu vndiqꝫ ne fugiat claudit'
ibi ſe in fugā p̄cipitat vbi breuior murus in
geritur. Vn̄ cū in dubijs ↄſtringimur: vtilit'
mini mis ſbdimur: ne i magnis ſine venia pec
cemꝰ. Itaqꝫ plexꝫ neruorꝫ behemoth iſtius
ꝑplexitas ſoluit': dū ad ꝟtutes maxias ꝑ cō
miſſa miora trāſit'. hec Gregꝰ. Vn̄ ⁊ Raymū
dus in ſūma ſua iſert: q̄ veritate iſpecta ni
chil ē ꝑplexitas. Nec pōt aliq̄s eē ꝑplexꝰ int'
duo mala neceſſitate aſtrictꝰ ad aliqḋ malū ꝑ
petrādū. hec ille. Quo dicēte: q̄ nō pōt eē ali
q̄s neceſſitate aſtrictꝰ ad aliqḋ malū ꝑpetrā
dū: dicit eiꝰ gloſator: niſi ꝓpt' errorē ↄſciētie
aut ꝓpt' malā volūtatē: quā nō vult depone
re. Hec aūt videre poteris ex dictꝭ Thome

aquinēſis. Sīpliciter inq̄t nullus ē ꝑplexus abſolute loq̄ndo: ſꝫ quodā poſito nō eſt incōue niēs illo ſtāte aliq̄ ē ꝑplexū fore: ſicut inten tione mala ſtāte: ſiue fiat act⁹ q̄ eſt in p̄cepto: ſiue nō fiat peccatū īcurrit̄. Similit̄ etiā ſtā te ꝯſciētia errōnea: q̄cq̄d fiat peccatū nō vi tat̄. Sed pōt hō prauā ꝯſciētiā ⁊ errōneā ſi cut ⁊ intētionē prauā deponere: ⁊ ideo ſimpli citer nō eſt ꝑplexus. hec Thomas. Cū itaqꝫ illud q̄d admittit̄ ne grauī⁹ cōmittatur q̄nqꝫ nō vocat̄ peccatū: hoc intellige vel reſpectu peccati maioris: vl' ſcd̄m eſtimationē alicui⁹. Quāuis enī ſm ſe acceptū ſit peccatū: ī caſu tn̄ ꝯtra euentū peiorē ſiue maioris pc̄ti: non ſolū ꝑmittit̄. ſꝫ ⁊ licite pōt fieri: q̄ tn̄ circa ipſꝫ ꝯſciētia errōnea ⁊ intētione mala depoſita ve raciter deſinit eſſe peccatū. Nō enī piurat q̄ nō facit iuramētū q̄ ſe iurauit facere homici diū. Nota etiā q̄ i timore ꝯſciētie m̄ltis mo dis ꝯtingit errare. Primo ex ignorantia: q̄n q̄s neſcit q̄d eligendū vl' declinādū ſit. Se cūdo ex negligētia: vt q̄n q̄s negligit ꝯſciē tiā diſcutere: vl' ſi neſcit ſe expedire: negligit ab alijs q̄rere. Tertio ex ſupbia: vt q̄n quis nō humiliat itellectū ſuū: vt ſcꝫ ſapiētiorib⁹ ⁊ meliorib⁹ ſe velit credere. Quarto ex ſingla ritate: qua q̄s ſenſū ſeq̄ns ꝓpriū: nō ꝯformat

ſe alijs .nec ſeq̄r vias ꝯmūes doctoꝝ. Quīto
ex affectu inordiato. q̇ ſepe īclīat ꝯſciētiā ad id
qđ hō vlt vl' appetit : ꝛ ſic fac̄ eā a ſua rectitu
dīe deuiare. Sexto ex puſillanimitate : q̄ q̇s
timet nō timēda ſm rectū iudiciū rationis.
Septīo ex ꝑplexitate q̄ q̇s ſe credit int̄ duo
pctā poſitū eē. q̄rū alteꝝ ipoſſibile ſit decliare
Octauo ex hūilitate q̄ error ex cordis puri
tate ꝓcedit. Un̄ Gre. Bonaꝝ mētiū ē ibi cul
pā cogſcere vbi culpa nō ē. Debet ḡ ꝯfeſſor vl'
ꝯſiliari⁹ ꝓpt̄ paſſionē ꝯſciētie erronee patiēs
eē : ꝛ īfirmati ꝯpati : ꝛ cū oī benignitate ꝯſule
re ac ligamīa ei⁹ cū diſcretiōe ſoluere. Cōſciē
tia eni erronea etiā multū laudis habet. Nā
q̄ſi nichl' eī ea de malo culpe : ſꝫ ſolū error ī itel
lectu ſeu appħēſiua v̄tute : ꝛ mltū de ꝑfectiōe
ſcꝫ timoꝛ ꝛ amoꝛ dei. Un̄ nō ſūt deridēdi talē
hn̄tes īfirmitatē : ſꝫ magis laudādi. vtpote q̇s
adeo viget caritas ꝛ timoꝛ dei filial'. q̄ ꝓ toto
mūdo nollēt deū ſcient̄ offēdere pctō mortali :
licꝫ timoꝛ vehemēs deū offēdēdi ꝛ dubitatio
de agēdis nō nullos hmōi ītātū ꝑturbet q̄ lep
rā vl' aliū morbū ḡuiſſimū eligerēt : vt a tali
eſſēt īfirmitate ſupportati. q̇bꝫ ob h̄ mltū eſt
ꝯpatiēdū : ſūtq̄ꝫ gratioſe ꝛ benigne ptractādi
q̇s nimiꝝ ꝛ h̄ poteſt ꝯſolari q̄ ſua īfirmitas ē
curabilis : q̄dq̄ꝫ magni viri hac infirmitate

ſcrupuloſe ꝯſciētia viſi ſunt laboraſſe: q̄ tandem curati fuerūt deo cooperante:

Quit⁹ decim⁹ liber cōtinet cōſolationū remedia oportuna cōtra turbatiua que opponūtur ſpēaliter ipſi⁹ aīe ſecuritati ꝛ trāquillitati. Et hꝫ ca. x.

i De ꝯſolatiōe ſupˀ puſillanimitate ſiue timiditate
ij De timore hoim.
iij De timore raptoꝝ.
iiij De timore diabolice īpugnationis.
v De timore mortis in genere.
vi De timore mortꝭ tēpore tonitruoꝝ.
vij De timore mortꝭ ratiōe cui⁹uis pericli iminētꝭ
viij De tiore purgatorij vl' īferni.
ix De dubitatione ꝑdeſtinatiōis.
x De deſꝑatiōe ꝓpt̄ graues culpas.

De cōſolatiōe ſuper puſillanimitate ſiue timiditate. Capl'm. I.

P Rimo ḡ noli te puſillanimitate ſeu timiditate turbari: q2 ꝛ ſi mala ſit ei⁹ ꝯditio: a peiore tn̄ te pſeruat: vi delꝫ a pſūptiōe ſeu pſuptuoſitate ī mlt̄a mala ꝑcipitāte. Nimirꝫ ī pſūptuoſis regnat ꝛ relucet ſupbia: q̄ teſte ſcptura. odibil' ē corā deo et

hoibꝫ. Puſillanimitas aũt ꝯuis nõ ſit vtꝰ. tñ
ꝟtuti hũilitatꝫ deo gte ꝛ hoibꝫ: magꝭ ē vicina
Preſũptuoſi eni mltꝫ ſũt duri ꝛ ifeſti: puſil-
lanimes aũt ſolēt aliꝭs ee bladi. Preſũptuo
ſi ſũt diſtorti ꝛ iqeti: puſillanimes aũt ſũt pa
cifici ꝛ qeti: Preſũptuoſi ſolēt eſſe in verbis
exceſſiui: puſillanimes aũt paciēt ſe hñt: nec
ſolēt peccare i exceſſu mlti loquij. Hec oĩa ex-
periētia docet euidēter. Et nichilominꝰ ꝑpt
exceſſũ malicie ipſiꝰ pſũptiõis dic ſcriptura
O pſũptio neqſſima. Un̄ es creataꝰ Sane
extremũ timiditati oppoſitũ ē audatia: ꝛ ſi ti
miditas ratione malī habeat. iquãtũ tñ exclu
dit audatiã ſic icõparabilit plꝰ ad bonũ cõ-
fert qꝫ noceat. O qt mala ꝛ pctã ꝑpt timidi-
tatē ſũt omiſſa: q ꝑ audaciã ſũt ꝯmiſſa. Unde
Salomõ. Beatꝰ hõ q ſēꝑ ē pauidꝰ: q ꝟo mē-
tis eſt dure: ſcꝫ q̄lis ē audax: corruet i malũ
Et ideo nõ mirꝫ q ubi unꝰ puſillanimis vl ti
midꝰ ifernũ meruit: ibi mille vl plures ꝑpt
audaciã ꝛ h i alio ſclo cavere meruerũt. De-
niqꝫ audi Senecã illuſtrē te ꝯ timores ior-
dinatos aiante ipſoſqꝫ diſſuadētē. Nõ ſis in
qe miſerãte tēpꝰ: cũ illa q velut iminētia ex-
paviſti: forte nũqꝫ ventura ſũt. Quedã nos ma
gis torqnt qꝫ deberēt: qdã aũt torqnt quãtũ de
berent: quedã torquēt cũ oino nõ deberent:

Aut augem⁹ dolorē. aut fugim⁹. aut ꝑoccu-
pam⁹. Si eni futur est. qd iuuat dolori ſuo
occurrere? Satis cito dolebis: cū venerit:
īterim tibi meliora ꝓmitte. Aliqñ gladi⁹ ab
ipſa ceruice reuocat⁹ eſt: ꝛ aliqs ſuo carnifici
ſupſtes fuit. Hec Seneca.

## De timore hoīm. Ca. ii.

SEd ꝛ ꝯtra inordinatū timorē hoīm in genere valēt tria ꝑcipue. ſcʒ deū timere deū amare. ꝛ in eo ſperare ſeu fiduciā habere. De timore dicit Eccliaſtic⁹. Timēti deū nō occurrēt mala. ſʒ in tēptatiōe de⁹ illū ꝯſeruabit ꝛ liberabit a malis. De amore dicit Petrus. Quis eſt q vob noceat ſi boni emulatores fueritis? De ſpe ꝛ fiducia dicit Pſalm. In te dñe ſperaui nō ꝯfundar in eternū. Et iterū. In te ꝯfido nō erubeſcā. Patet quoqꝫ ꝓpoſitū ꝑ exēplū. Nā ꝛ ſuſanna erat fiduciā habēs ī dño ꝛ a morte ad quā dānata fuerat liberata eſt. Sint ergo dicta tria ſimul. Nā funiculus triplex difficile rūpitur. Nō ergo nimis timeas hoīem. Deū time potius ꝛ mandata eius obſerua: qꝛ hec debēt eſſe ſimul iuncta. Vñ Greg⁹. Timere deū: eſt nulla que faciēda ſūt bona ꝑterire. Vñ Eccleſiaſtic⁹. Qui timet deū nichil negligit. Hmōi timoris dei vtilitatē ad futura extēdēs: ꝛ ad pñs referēs

Augu⁹ dicit. Timor dei ſecuritatē generat ſempiternā. Time eū q̄ ſup oēs ē. ⁊ nullū hoīez formidabis hec Aug⁹. Et tūc dicere poteris cū pſalmiſta. fiducialiť agā in eo ⁊ non timebo. Et rurſū. Dn̄s adiutor meus et protector me⁹ ē. ī ipſo ſpauit cor meū et adiut⁹ ſum.

## De timore raptorū. Ca. iii.

SUnt etiā remedia multa ſpecialiť ꝯtra nimiū timorē raptorū. Ualet em̄ fiducialiť dicere officiū de ſctā cruce. ⁊ ſpecialiter Protege dn̄e plebē tuā p ſignū ſcte crucis. Ualet dicere fiducialiť officiū de btā virgīe Salue ſācta parens. cū Euāgelio. In principio ⁊c̄. Ualz dicere bn̄dicionē itinerācium. Deniqz ꝯtra timorē raptoꝝ valz dicere fiducialiť ⁊ ſpecialiť ī occurſu eoꝝ hāc bn̄dictōnē De⁹ me⁹. de⁹ me⁹. de⁹ me⁹. de manu inimicoꝝ meoꝝ extollas me ⁊ libera me ꝑpť nomē ſctm̄ tuū ab his q̄ appropiquāt michi. q̄m̄ inť multos eras mecū. De⁹ meus adiutor me⁹. deus me⁹ refugiū meū. de⁹ meus liberator me⁹. In h̄ cognoui q̄m̄ voluiſti me. q̄a nō gaudebit inimic⁹ me⁹ ſuper me. Hāc bn̄dictionē quidam frater de mane iter piculoſū arreptur⁹ nocte p̄cedēti ſomniauit. de quo gaudebat. ⁊ in ſomnis ſibi dictū fuit. ꝙ illa vti deberet bn̄dictione. ⁊ ſic ſecur⁹ eſſet. Cui⁹ rei experimētū po-

ſtea ab ſpo pluries: ꝛ ab alijs fuit expertum
Ut in ꝑiculis latronū: in ꝑiculis raptoꝝ ſis
magꝫ ſecur⁹: ꝓuenias ꝑicula te muniēdo trib⁹
p̄t⁹ expꝛ̄ſſis munimētis: ſcꝫ timoꝛe dei: amoꝛe
ac fiducia ſeu ſpe firmiter cōcepta.

## De timore diabolice impugnati= onis. Caplm. iiii.

RUrſū nec timere debes diabolū nocere
volētē nō tñ valētē: īpeditū ꝑ magꝫ potē
tē. Un̄ Aug⁹. Diabol⁹ plerūqꝫ vult nocere ꝛ
nō pōt: qꝛ ptās iſta ſb ptāte eſt. Nā ſi tm̄ noce
re poſſet diabol⁹ q̄ntū vellet. aliq̄s iuſtoꝝ nō
remaneret. Un̄ ꝛ Amb̄. Niſi q̄s ꝑter timoꝛē
vixiſſet: nūqꝫ accepiſſet ī eo ptātē diabol⁹. āt
ſi accepiſſet: nō vt ꝑderet ſꝫ vt ꝓbaret. Sine
ꝑmiſſiōe dei diabolū nocere nō poſſe cogitas
ne potētiā diaboli magꝫ timeas q̄ꝫ diuinitatꝫ
offēſā. Un̄ Bernard⁹. Demonū ē mala ſugge
rere: noſtrū eſt nō ꝯſētire: q̄uēs eni reſiſtim⁹
totiēs eos ſuperamus. angelos letificamus
deum honoꝛamus: qui incitat vt pugnemus
adiuuat vt vincam⁹: ꝯſolidat ne deficiam⁹.
Audi etiā doctrinā ſcti Antonij: fr̄es ſuos
ſic alloquētis. Uarias inq̄t demonū noſcitꝫ
īſidias: credulitatē nōis xp̄i veſtris figite
mentibus: ꝛ vniuerſi demones fugabuntur

Et ſumit̄ h̄ remediū a ↄtrario ſenſu: ꝙ ſicut
Vincētiꝰ ſcribit ī ſpecu. Sāctꝰ lōginꝰ ait ad
demones habitātes ī idolis. Cur habitatis in
idolis? Et reſpōderūt: vbi xp̄s nō noīat̄: ⁊ eiꝰ
ſignū nō ē poſitū: ibi ē habitatio nr̄a. Deniqꝫ
ſcias diabolicaꝝ artiū ⁊ ſupſtitionū dece-
ptiōes bonis nō eē timēdas: ſꝫ prauis hoībꝫ
⁊ fidē adhibētibꝫ. deo hec iuſte ꝑpt̄ coꝝ pctā
ꝑmittēte. Vn̄ augꝰ. Hec ptās iā dat̄ imūdis
ſpiritibꝫ: vt ꝑuos hoīes ſeducāt: illos videlicꝫ
q̄ ſpernūt ꝟitatē ⁊ credūt mēdatio. Et iuxta
Pauli ſentētiā. ſanā doctrinā nō ferūt. Hec
Augꝰ. Inſup ꝯ ꝑmiſſa q̄bꝫ praui hoīes merē
tur ſeduci tāqꝫ exceecati: mlt̄ū valere videtur
ille ꝟſus pſalterij. Illumīa dn̄e ocl'os meos
ne vnq̄ꝫ obdormiā ī morte neq̄n dicat inimi-
cus meꝰ ꝑualui adūſus eū. ⁊c̄. Fert̄ enī quē-
dā demoniacū alberto magno hec ꝟba vl' ſi-
milia dixiſſe: q̄ videlicet ſciret quēdā ꝟſum ī
pſalterio q̄cunqꝫ illū q̄tidie diceret: nūq̄ꝫ ad
ſui dānationē ſeduci poſſet. Et cū ille reqſitꝰ
nollet dicere alberto q̄s ille ꝟſus eſſet. Al-
bertꝰ reſpōdēs dixit: niſi michi dixeris illū
ego oī die itegrū pſalteriū legā: ⁊ ꝑſequēs
etiā ꝟſum illū. Demō timēs hec ꝑ eū fieri: ne
tm̄ bonū faceret: fatebat̄ ei q̄ eſſet ꝟſus ille:
ſcꝫ Illumina dn̄e oculos meos. ⁊c̄.

## De timore mortis in genere. Ca. v.

CEterū nō timeas mortem: ꝛ ſtatū tuum amaritudine plenū terminari nō trepides ꝑ eā. Un̄ Ambro. Mors quidē cū om̄s abſoluat: paucos delectat. At vero nō eſt viciū hoc mortis: ſꝫ nr̄e īfirmitatꝫ q̄ voluptate corporis ꝛ delectatiōibꝫ vite iſtiꝰ capimur: ꝛ curſū hūc ꝯſūmare trepidamꝰ. in q̄ plꝰ eſt amaritudīs q̄ꝫ voluptatꝫ. hec Ambro. Profecto vite p̄ntis ꝯtēptꝰ hoīem quietū ꝛ ſecurū reddit. Docet enī experiētia: q̄ ſicut metus facit hoīem inq̄etū ꝛ anxiū: ſic et ꝯtēptꝰ illi ꝯtrariꝰ quietū facit ꝛ ſecur̄. Un̄ Sen̄. Puſilla res eſt hoīs vita: ſꝫ ingēs res eſt cōtēptꝰ vite. Hāc q̄ ꝯtēpſerit ſecurus videbit maria turbari: ſecurus deſpiciet horridam faciē fulminātis celi. Quid ad me q̄ꝫ magna ſint q̄bꝫ pereo: ipm̄ ꝑire magnū nō eſt. Sed ad timorē mortꝫ ad excludēdū req̄rit̄ q̄ hō q̄ ad animā ſit bene expeditꝰ ad moriendū.

## De timore mortꝭ tp̄e tonitruorū. vi

SPecialit̄ aūt q̄n ſūt tonitrua: mori ꝑ fulmina ꝛ tēpeſtates minus timeas. Beati Iohis: q̄ filius tonitrui appellat̄. ſacroſanctū euangeliū. In principio erat verbū: tecū habeas: vl̄ ipm̄ omni die a ſacerdote audias: vl̄

UNIVERSIDADE DE LISBOA

ꝑ te legas: ꝛ ſpecialit̃ qñ eſt tēpeſtas. Hoc eī in trib⁹ religioſis ſimul ꝑ cāpū eūtib⁹ fert̃ ex/ ẽptū: q̄z duo q̄ p̄dictū euāgeliū ipſo die non audierāt. tēpeſtate maxia veniēte ꝑcuſſi iterie rūt. ꝛ tci⁹ q̄ ꝑdictū euāgeliū iſta die audierat ſol⁹ euaſit. Ualet etiā refugiū ꝑ merē deuotio nē ad ꝟginē glorioſā: ꝛ ipſa erit tibi p̄ſidio ꝯ fulmīs leſionē. Vn̄ Ceſari⁹ de q̄dā ſacerdote narrat: q̄ ātiphonā Salue regina: ad oēs ho/ ras dicer̃ ꝯſueuit. Et cū die q̄dā cāpū ꝑtrāſi ret: orta ſt tonitrua tā valida vt vire ābulādi ſibi adimerēt: veniēs tādē cū m̄lto labore ſil' ꝛ timore ad eccleſiā ipſā itrauit: ꝛ corā altari ſe ꝓſternēs ꝓ ipſa tēpeſtate dn̄az mariā iter/ pellauit: ꝛ ecce matrona ꝟginei vult⁹: miriq3 decoris de altari ad eū veniēs allocuta eſt eū dicēs: q2 ātiphonā. Salue regina miſe. ꝛc. libēter ac freq̄nter decātas: nūq̄3 fulmīa neq3 tonitrua q̄z timore ſepi⁹ afflīgeris te ledēt.

## ¶ De timore mortis ratiōe cuiuſuis periculi imminentis. ¶ Ca. vii.

SIias etiā q̄ contra timorē fulguris ꝛ tē peſtatis: ꝛ vniuerſaliter ꝯtra timorem mortis īminētis ratiōe cuiuſuis periculi ni chil eſt meli⁹ q̄3 nō eſſe ſibi conſciū alicuius actualis peccati: vel q̄3 ſe eſſe a peccatis iu/

ſtificatū ꝛ h̄ firmit̄ ſperare. Vñ egregiū ꝯbū
dic̄. Gregꝰ. Nullū genꝰ mortis bono ꝛ recte
viuēti homī metuēdū ē. Cur em̄ metueret cū
ſcrptura dicat. Iuſtꝰ ſi morte p̄occupatꝰ fue/
rit ī refrigerio erit. Ante p̄iculū ꝙ pctā tua
ꝯfitearis diſcrete. Qꝛ ſi mortꝫ p̄iculo īminē
te opportunitatē ꝯfitēdi nō habeas ſaltē cō
terarꝫ. qḋ pōt fieri ī ictu. ocli ꝛ ſic iuſtificatꝰ
ſi fueris optabilē erit tibi mori ꝛ veraciter di
cere poteris. Cupio diſſolui ꝛ eſſe cū chriſto.

## De timore purgatorii vel īferni. viii

SI autē timor purgatorij vl' īferni ꝯter/
reat te inde gaude. qꝛ te ꝑ mortalibꝰ.
culpis retrahit ꝛ ad pn̄iam agēdā adducit.
cuiꝰ mlti ſūt fructꝰ. Vñ ꝛ Auꝰ. Pn̄ia lāgo/
res ſanat. mortuos ſuſcitat ſanitatē auget ſu
p̄biā reſecat ꝛ filialē tiorē īducit q̄ manet ī et̄nū

## De dubitatōne p̄deſtinatōnis. ix

PReterea ſi vis vt dubitatio d̄ p̄deſtinatiōe
ꝛ ſalute te ꝗuit n̄ moleſtet ſpa ī dn̄o at/
ꝗ ſatage vt electio tua p̄ bona opa fiat certa
qꝛ certa electio n̄ ſtat cū dubitatōe p̄babili.
Ad h̄ eī hortat̄ p̄iceps aplorꝫ. Petrꝰ dicēs
Fr̄es ſatagite vt p̄ bōa opa certā vrāꝫ vocati
onē ꝛ electōeꝫ faciatꝫ. ſic eī abūdāt miſtrabit
vobi itroitꝰ in eternū regnū dn̄i nr̄i ieſu xp̄i.

Nimiꝝ bona opa ſi feceris : te ad celorū re/
gna tanq̃ p̄deſtinatū ſbleuabūt. Una eni cū
ill' te eſſe p̄deſtinatū reputes ad ſalutē. Que
admodū enī aq̄la ab eterno predeſtinata eſt ad
volandū ſurſū: nō tamē ſine pēnis q̇bꝫ ſuble/
uatur ad celū aereū: cuiꝰ pullos ſi videres in
nido adhuc nudos: dubitare poſſes de futu/
ro eoꝝ volatu: qđ dubiū nō maneret ꝓbabi/
le ſi pēnas eoꝝ videres creſcere. Ita ꝑfecto
eſt de hoīe p̄deſtinato ad regnū celeſte: nō ſe
cūdū nudā eiꝰ ſubſtātiā: ſꝫ vna cū bonis ⁊ v̄/
tuoſis opibꝫ tanq̃ pēnis ip̄m ſubleuātibus.
Ob qđ dicit Pſalmiſta. Quis dabit michi
pēnas ſicut colūbe ⁊ volabo ⁊ reqeſcā? Hoc
g̃ ſolū ſupeſt ↄſiliū vt curramꝰ et ↄtēdamus
cōplacere ei q̇ nos vocauit. Dicit enī Augꝰ.
ꝙ ſic p̄ordinata eſt diuina predeſtinatio. vt
ad eā per bonoꝝ opeꝝ pſeuerantiā ꝑueniamꝰ
Unū ⁊ Gregꝰ. Ea q̄ ſancti viri orando efficiūt
ita p̄deſtinata ſūt. vt p̄cibus obtineātur. Nā
ipſa ꝑhēnis regni p̄deſtinatio ita eſt ab oīpo
tenti deo diſpoſita. vt ad hoc electi ex labore
ꝑueniāt: q̄tenꝰ poſtulādo mereātur accipere
qđ eis oīpotēs deꝰ āte ſecula diſpoſuit dare.
hec Gregꝰ. Ceſſet itaqꝫ tua dubitatio: ſed nō
ſuccedat p̄ſūptio: q̄ regnū celoꝝ tibi ꝓmittas
nullo merito reſpōdēte: ⁊ declines magis ad

LIVRARIA DA UNIVERSIDADE

CONSOLATORIUM
THEOLOGICUM

Sala
Gab. R
Est.
Tab. 10
N.º 18